DE NOVIS EX HEBRÆEO Translationibus ſacræ ſcripturæ, Diſceptatio Iohannis Cochlæi.

INGOLSTADII,
Ex officina Alexandri
Vueiſſenhorn.

M. D. XLIIII.

REVEREN DISS. ILLVSTRIS simoq; Principi ac Domino Domino ALEXANDRO de farnesijs S.R.E. Cardinali et Vice Cancellario etc. Domino suo Clementiss. et Patrono Pientiss.

S. P. D.

INter alia mala innumera, quæ nobis in Germania pepererunt Sectæ nouæ, aut potius infœliciter ex ueteribus iam olim damnatis renatæ, ac pessimis auibus ex antiquæ serpentis exuuijs renouatæ, Non postremum aut minimum uidetur esse illud. Reuerendissime Domine ac Illustrissime Princeps, quod per nouas diuersas & inter sese non raro discrepantes, sacræ scripturæ tũ ex Græco tũ ex Hebraico nũc in Latinũ, nũc in Teuthonicũ trãslatiões (quæ temere à plurimis in Orbẽ euulgantur) facit plerosq; de ueteri ab Ecclesia recepto ac tot sæculis approbato sacrarum literarum textu uel male suspicari, uel saltem addubitare, tanquam de non recte interpretato, aut per linguarũ

ignorantiam male intellecto aut exposito. De quo sane malo salubriter ex Ecclesia tollendo, audio geminam hisce annis rationem uiamq; constitutam Romæ fuisse, Vnam à Clemente Papa septimo fœ.re.qui uoluerit per quosdam tum ex Christianis tum ex Iudæis, linguarum peritos, restituere nobis ueteris Testamenti certam & ab omni mendo repurgatam lectionem, Alteram à Reuerendissimo Domino D. MARCELLO, Cardinale Tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem Romæ, Celsitudinis tuæ quondam in literarum studio fœlici ac fideli præceptore, Domino meo cnm debiti honoris præfatione semper memorando, Qui ex antiquissimis & probatissimis undiq; collectis utriusq; Testamenti exemplaribus latinis, ea scripturæ loca, quæ quolibet casu aut iniuria uidentur deprauata, restituerit nobis. Verum nihil horum me hactenus uidere contigit. Intera æduntur apud nos non latinæ modo sed & Teuthonicæ interpretationes ex Hebræo, una super aliam, quæ lectorem uel ab utiliori studio cum temporis iactura auocant, uel in sensu quem Catholici tenent, dubium reddunt. Contra eas itaq; hunc scripsi libellum, quem Celsitudini tuæ, tanquam præcipuo studiosorum Patrono, deuote nuncupo, ut clementer prospicere atq; curare digneris, ne in abditis permaneant ea, quæ ab his malis nos liberare, & in Catholico Ecclesiæ sensu confirmare, atq; de uero & nusquam

nusquam corrupto sacrarū literarum textu certificare queant. Bene ualeat Amplissima Dignatio tua, Domine Clementissime, & Patrone nunquam non honorifice recolende. Ex Eystet Ciuitate Idibus Ianuarij M. D. XLIIII.

E. R. & Ill. Cels. T.

Deuotus sacellanus

Ioannes Cochleus
Canonicus Chori
S. Vuilibaldi.

DE NOVIS EX HEBRAEO

translationibus sacrae scripturae Disceptatio Ioannis Cochlaei.



EMO potest dicere, Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Hic autem non est dissensionis Deus sed pacis et charitatis. Charitas. n. dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Quisquis ergo manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, Deus enim charitas est, Quare in Deo non manet, qui non manet in charitate. Quia Deus charitas est. Hoc probe sciens Paulus Apostolus, obsecrat Ephesios, ut supportantes inuicem in charitate, solliciti sint seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, unũ (inquit) corpus & unus spiritus, unus dñs, una fides, unũ baptisma, unus Deus et pater omniũ. Immaniter itaq; peccat is qui dono sciẽtię, dono linguarũ aut dono interpretationum contra Ecclesiæ unitatem abusitur.

1. Cor. 12
Ro. 5.
1. Ioh. 4.
Charitas.
Ephe. 4.

titur, Per hoc. n. amittit charitatem; quæ multos in unum colligit, & uinculo pacis conectit, Quare non ad uitam & salutem, sed ad mortẽ & damnationem æternam portat reliqua sibi gratis data spiritus sancti dona, quisquis per ea conturbat Ecclesiæ unitatem.

Ait igitur Apostolus ad Galatas, Vtinam & abscindantur qui uos cõturbant. Item. Qui autem conturbat uos, portabit iudicium, quicunq; est ille. Conturbant uero Ecclesiam, qui potestati resistunt, qui nouis doctrinis rixas et schismata exuscitant, qui maiorum traditiones eliminant, qui nouum Euangelium introducunt, qui ueterem scripturæ translationem redarguunt. Tales profecto non prosunt, neq; proficiunt nisi in peius, ut ait Apostolus, De quibus memorabilis est querela Sancti Irenæi Martyris & Episcopi, In hæc sane uerba. Iudicabit autem Deus (inquit) eos qui schismata operantur. Qui sunt immanes, non habentes Dei dilectionem, suamq; utilitatem potius cõsyderantes q̃ unitatem Ecclesiæ. Et propter modicas & quaslibet causas magnum & gloriosum corpus Christi conscindunt & diuidũt & quantum in ipsis est, interficiunt, pacem loquentes & bellum operantes, uere liquantes culicem, et camelum transglutientes. Nulla enim ab eis tanta potest fieri correctio, quanta est schismatis pernicies. Iudicabit autem & omnes eos qui sunt extra ueritatem, id est, extra

Gal. 5. *Conturbatores fidelium Christi.*

2. Tim. 3.

Ireneus. lib. 4. c. 62.

Ecclesiam. Hæc Irenæus per spiritum ueritatis ait martyr Christi.

Pernicies schismatũ

Certe hoc tempore nostro etsi multa præclara ingenia elucent, multiꝗ homines docti in sacris literis, linguarumꝗ cognitione operã suã nauantes, magna ediderunt uolumina, attamẽ cum in ijsce aliter docent, q̃ꝫ docuerũt antiqui patres & maiores nostri, multo plus conturbationis q̃ꝫ ædificationis in Ecclesia Christi suis importunis studijs, atꝗ laboribus pepererunt. Ratio in promptu est, quia superbe restiterunt potestati & superioribus suis, suam potius q̃ꝫ Christi gloriam quærentes, dum nouos textus, nouasꝗ interpretationes sacrarum literarũ introduxerunt, mala mente, ac malo animo, nempe ut uiderent̃ ab hominibus Rabi, & summo Põtifici, cęterisꝗ Ecclesiastici ordinis Prælatis, ignorantię notã ac uerbi Dei neglectũ atꝗ etiã contemptũ, apud Laicos inuidiose inurerent, ac insultando imputarent et improperarent. Cũ igitur intentio eorũ non sit bona, nõ potest boni operis fructus ex eorũ laboribus studijsꝗ produci aut enasci, Iuxta illud Euangelistę, Si autẽ oculus tuus fuerit neq̃ꝫ, totum corpus tuũ tenebrosũ erit. Omnes certe in studijs suis hoc pręcipue intendũt, ut ostendãt & plebi persuadeãt, Ro. Pontificẽ, Episcoposꝗ et Theologos nr̃os, nullã habere sacrę scripturæ curã studiũue, aut peritiam, multisꝗ retro sęculis non habuisse sanam uerbi Dei intelligentiã.

Matt. 6.

Mala intẽtio nouorũ trãslatorum.

In celum

In coelum igitur laudibus extollunt Lutherũ suum, qui in sacerdotum Catholicorum odiũ atq; calumniam, nouos in lucem dare non est ueritus textus & interpretationes, tum ueteris, tum noui testamenti. Eius itaq; audaciam imitantes aut æmulantes cæteri, qui à prisca Ecclesiæ obedientia desciscunt, pari ausu ueterem tot sæculis receptæ authoritatis translationẽ sacræ scripturæ sugillantes, nouos sectatoribus suis textus commentariosq; obtrudunt, Quibus nihil aliud sane efficiunt, q̃ ut Ecclesiæ autoritatem labefactent, & lectorem infinitis quæstionibus inuoluant, & circa fidẽ maiorum nostrorum nutare, atq; etiam naufragari faciant.

Tales enim nouitates & ingeniorum ostentationes, quæstiones præstant magis q̃ ædificationem Dei, quæ est in fide, ut ait ad Timotheũ Apostolus. Qui sane ubiq; docet ac præcipit, ut uetera teneamus & à nouis caueamus. Sic enim scribit ad Romanos. Rogo uos fratres, ut obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula, præter doctrinam quam uos didicistis, faciunt, & declinate ab illis, huiuscemodi enim Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo uentri. Ad Galatas uero scribens, adhuc acrius eos repræhendit, & ab eis cauendum præcipit, Sunt aliqui (inquit) qui uos conturbant, & uolunt conuertere Euangelium Christi, sed licet nos, aut angelus de celo euangelizet uobis,

Dura contra eos sententia Pauli.

1. Tim. 1.

Rom. 16.

præter q̃ quod euangelizauimus uobis, anathema sit, sicut prædiximus, & nunc iterum di co, si quis uobis euãgelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Ex his ergo Pauli uerbis plane cõstat, Anathema esse, omnes hos nouos Doctores, qui nobis euangelizant præter id quod accepimus. Idem attestantur probatissimi quique Ecclesiæ Doctores, Athanasius, Basilius, Nazianzenus, Chrysostomus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus &cet. quorum uerba referre longum foret per singula. Vnius aut alterius paucula, testimonij gratia, adducere satis fuerit. Chrysostomus sane super uerba Pauli ad Ro. supradicta, inter cætera sic ait. Ista siquidem potissimum est Ecclesiæ subuersio, i partes scilicet diuisam esse, hæc Diaboli sunt arma, hoc pacto omnia sursum ac deorsum uoluuntur. Donec enim unitum fuerit Ecclesiæ corpus, nullum ualet habere introitũ satanas, uerum à dissidijs nascitur offendiculũ. Ad ea uero, quæ idem Apostolus ad Galatas scripsit, sic ait inter alia multa. Et uolũt subuertere Euangelium Christi. Atqui unum aut alterum duntaxat præscriptum induxerant, circumcisionem & dierum obseruationem innouantes. Verum ut ostenderet, quod pusillum quiddam perperam admixtum, totum corrũpit, dixit subuerti Euangelium. Quemadmodum enim in moneta regia, qui paulũ aliquid amputarit de impressa imagine, totũ numisma

Verba Chrysostomi super Paulum.

reddidit

reddidit adulterinum. Ite quisquis sanę fidei uel minimam particulam subuerterit, in totū corrumpit, ab hoc initio semper ad deteriora procedens. Hæc Chrysostomus.

Ambrosius quoq; super eadem uerba Pauli breuius ita concludit. Si ergo Apostolos Christi, quorum tam præclara opinio in signis & prodigijs erat faciendis, Et Angelum de cœlo, quem possit spiritalis ratio commendare, aliter docentes, q̄ ab Apostolo Paulo edocti erant, anathematizari præcepit, Quāto magis quos nullum testimonium ad seducendum potest cōmendare? Hæc Ambrosius. *Ambrosij*

Origenes quoq; plurimum commendans supradicta Pauli ad Rom. uerba, addit, eos qui dissensiones & offendicula in Ecclesia generāt, alienos esse ab illa beatitudine, quam Deus repromisit, Beati pacifici, quoniam ipsi filij Dei uocabuntur. Hoc enim inquit, ut pacifici sitis, à Domino per Euangelium didicistis. Dissensiones uero commouere uel scandula, præter doctrinam est quam uos didicistis, Ideo alienus uobis sit nec omnino recipiatis inter uos, qui certamina commouet, qui serit iurgia, qui lites excitat, & studia contentionis exercet. *Origenes*

Quēadmodū igitur Paulus Apostolus acerrime repræhendit pseudo apostolos, q gētes ī Christū credētes Iudaizare cogebāt, Ita & nūc *Insolentia nouorum Translatorum.*

repræ-

repræhendi merito debent ij, qui Iudaico studio textus utriusq; Testamenti, quos Ecclesia tot iam sæculis sacrosanctos, & publico tot Generalium Conciliorum consensu receptos & approbatos habuit, corrigere & immutare præsumunt, atq; ueteri lectione contempta, noua nobis psalteria, noua Prophetarum oracula, noua Christi Euangelia obtrudunt, & Principum ac Magistratuum, à se deceptorũ autoritate publica abutentes, adulterinas & prophanas nouitates suas à singulis Ecclesijs parrochialibus emi ac recipi cogunt, in nonnullis dominijs, ubi antiquæ fidei cultoribus prædominantur nouæ sectæ.

Surdi ad uerba Christi et Pauli.

Math. 18

Cumq; Christum & Paulum semper in ore habeant, in corde tamen atq; etiam in facto, utriusq; autoritatem & comminationem atq; etiam manifestæ condemnationis sententiam animose contemnunt, Etenim clare ac manifeste dicit Christus, si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus, Isti autem contempta Ecclesiæ autoritate, ex Iudæorum synagogis noua nobis psalteria obtrudunt, & post Mille Quingentos annos, nouos Prophetarum & Euangeliorum textus à nobis recipi uolunt, surdi penitus ad illa uerba Pauli, quæ supra retulimus, Si quis euangelizauerit uobis præter id quod accepistis, anathema sit. Itẽ. Qui uos conturbat, iudicium portabit, quicũq; est ille, Item, Obseruate eos qui dissensiones

& offens

& offendicula faciunt, præter doctrinam quã uos didicistis, et declinate ab illis, huiuscemodi enim Christo domino nostro nõ seruiunt sed suo uentri.

Obijciunt, credo, nobis factum & authoritatem Diui Hieronymi, quod ille quoq; ausus fuerit nouam ex hebræis dare latinis sacræ scripturæ translationem, Sed longe iustiores facti & studij sui causas habuit Hieronymus q̃ habent isti. Primum, Rogabatur ad hoc faciẽdum à quibusdam Episcopis & sanctis uiris atq; matronis Romanis, Hieronymus, Quis autẽ rogauit istos? Nonne diligentissime scripsit Saxoniæ Ducibus Rex Angliæ, ante annos xxij. ut non permitterent Luthero, nouã ædere sacræ scripturæ translationem? Quot præterea Episcopi ac Principes Germaniæ reclamauerunt, ne ęderetur ea translatio, ęditam uero reiecerunt, & publicis edictis interdixérunt, ne à subditis ipsorum emeretur, aut legeretur? Non igitur rogantibus aut petentibus sed inuitis & renitentibus est obtrusa illius trãslatio. Deinde, sancta erat intentio Hieronymi, nempe iuuare labore suo piorum studia, ut clarius intelligerent scripta Prophetarum. Istorũ uero maligna & peruersa plærumq; est intentio, nempe ut Catholicos in prisca fide sua cõturbent, Ro. Ecclesiæ autoritatem labefactẽt, Episcopos ignorantiæ arguãt, Iudæis applaudant, sibi uanam gloriam & doctrinæ famam aucupen-

Dißimilitudo inter Hieronymum & nouos interpretes.

aucupentur, Scholasticis uero Theologis presbyterisq; & Monachis apud plebem odium & opprobrium parent ac pariant. Tertio. Hieronymus neq; Romanæ neq; Catholicæ per orbem Ecclesiæ authoritati per suam interpretationem detrahere aut hostiliter contraire uoluit, sicut uolunt isti, qui nouis uersionibus suis omnem Ecclesiæ lectionem dubiam & de errore suspectam facere conantur, atq; Theologis nostris, in malicia gloriantes, superbe uelut indoctis & linguarum imperitis insultant. Hæc sane sunt uerba Hieronymi in suo super librū Iosue prologo. In primis, quod sæpe testatus sum, sciat lector, me non in repræhensionem ueterum noua cudere, sicut amici mei criminātur, sed pro uirili portione offerre linguæ meæ hominibus, quos tamē nostra delectant, ut ꝓ Græcorum Hexaplis (quæ & sumptu & labore maximo indigent) æditionem nostram habeant. Et sicubi in antiquorum uoluminū lectione dubitarint, hæc illis conferentes inueniant quod requirunt, Maxime, cum apud latinos tot sint exēplaria, quot codices, & unusquisq; pro arbitrio suo uel addiderit uel subtraxerit quod ei uisum est, & utiq; non possit uerum esse quod dissonat. Vnde cesset arcuato uulnere contra nos insurgere scorpius, & sanctū opus uenenata carpere lingua desistat: uel suscipiens si placet, uel contemnens si displicet. Quarto. Non reiecit fastidiose Hieronymus

Excusatio Hieronymi.

receptos

receptos ab Ecclesia sacrę scripturę textus iuxta LXX. Interpretum translationem æditos, sicut reijciunt isti textus nostros, quos tot sæculis uniuersa latinorum Ecclesia in publico lectionum usu in omnibus templis ac Monasterijs habuit & approbauit. Verba Hieronymi in primo super librū Dibrehaiamim seu Paralipomenon prologo sic habēt. Cæterū meminī (inquit) æditionē lxx Translatorū olim de Græco emendatam tribuisse me nostris, nec inimicū debere æstimari eorum, quos in conuectu fratrum semper edissero. Et aliqnanto superius sic ait. Si lxx. Interpretū pura, & ut ab eis in Gręcum uersa est, æditio permaneret, superflue me mi Chromati, Episcoporū sanctissime atq; Doctissime, impelleres, ut Hebræa tibi uolumina latino sermone transferrem Quod enim semel aures hominū occupauerat, & nascentis Ecclesiæ roborauerat fidem, iustum erat etiam nostro silentio cōprobari. Nunc uero, cū ꝓ uarietate regionū diuersa ferātur exēplaria, et germana illa antiquaq; trāslatio corrupta sit atq; uiolata, nr̄i arbitrij putas, aut è plurib. iudicare qd uerū sit, aut nouū opus in ueteri opere cudere, illudentibusq; Iudæis cornicū (ut dicitur) oculos cōfigere. Hęc ibi. Possent & alię pleręq; rationes et excusatiōes Hieronymi ex diuersis ipsius prologis alijsq; scriptis & epistolis, i medium cōtra nouos textuū nr̄oꝝ temeratores adduci, qb. ille aduersarioꝝ suoꝝ q̄relis et clamoribus

Hieronī. Amicus LXX. Interpretum.

ribus satisfacere studebat. Nisi nimis longum fore uideretur. Necq; tamen euitare potuit facti sui repræhensionem Hieronymus. Etenim grauissime inuectus est in eum Ruffinus præsbyter (quem & à sanctitate uitæ & ab eruditione linguarumq; & scripturarum peritia nõ uulgariter alicubi laudauit ipsemet Hieronymus) multa quidem alia ei obijciens, sed nihil acerbius odiosiusq; improperans q̃ nouam ex Hebræo scripturarum interpraetationem. Hæc sane sunt uerba eius in secunda inuectiua sua.

Ruffini ĩ Hieronymum inuectiua.

An ut diuinarum scripturarũ libros, quos ad plenissimum fidei instrumentum, Ecclesijs Christi Apostoli tradiderunt, noua nunc & à Iudæis mutuata interpraetatione mutares? Quid tibi ex his duabus causis magis uideatur illicitum? Nam Origenis dicta, siue placent, ut hominis dicta placent, siue displicent, ut hominis falsa dicta facile contemnuntur. Ista uero, quæ nunc tu interpretaris, & per Ecclesias & mõasteria, ꝑ oppida & castella trãsmittis, quõ suscipiemus, tãq; diuina, an tanq; humana? Et qd facimus, quod quę Prophetarũ uel Legislatorum nominibus titulantur, ueriora hęc abs te, q̃ illa quæ Apostoli probauerunt, affirmãtur? Istud commissum dic quomodo emendabitur, imo nefas quomodo expiabitur? Si. n. in explicanda lege aliquid aliter sensisse damnabile apud te ducitur, Ipsam legem peruertere

in allud,

In aliud, quam Apostoli tradiderunt, quoties damnabile iudicandum est? Cur non magis pro huius ausi temeritate dicamus. Quis ex tot & tantis prudentibus & sanctis uiris, qui ante te fuerunt, ad istud opus ausus sit manū mittere? quis præsumpserit, sacras sancti spiritus uoces & diuina uolumina temerare? Quis præter te diuino muneri & Apostolorū hæreditati manus intulerit? Et quidem cū ingens copia fuisse ex initio in Ecclesijs Dei, & præcipue Hierosolymis, eorū qui ex cirumcisione crediderāt, referatur. In quibus utiq; linguæ utriusq; perfectam fuisse scientiam & legis peritiam probabilem, administrati pontificatus testatur officium. Quis ergo in ista eruditorum uirorum copia, ausus est Instrumentum diuinum (quod Apostoli Ecclesijs tradiderunt) & depositum sancti spiritus compilare? An non est compilare, cum quædam quidem immutantur, & error dicitur corrigi? Nam omnis illa historia de Susanna, quæ castitatis exemplum præbebat Ecclesijs Dei, ab isto abscissa est & abiecta atq; posthabita. Trium puerorū hymnus, qui maxime diebus solennibus in Ecclesia Dei canitur, ab isto e loco suo penitus erasus est. Et qd per singula commemoro de his, quorum comprehendere numerum nequeo. De quo, ut omittam illud dicere, q LXXII. Virorum per cellulas interpretantium, unam & consonam uocem dubitandum non est spiritus sancti inspiratione

Nouitas Hierony.

Quædam à Hieron. ex textu reiecta.

ſpiratione prolatam, & maioris id debere eſſe autoritatis quàm id quod ab uno homine, ſibi Barraba aſpirante, translatum eſt. Vt ergo hoc omittã, uide quid dicimus. Verbi cauſa, Petrus Romanæ Eccleſiæ per Viginti & Quatuor annos præfuit, dubitandum non eſt, quin ſicut cætera, quæ ad inſtructionem pertinent, etiam librorum inſtrumenta Eccleſiæ ipſe tradiderit. Quæ utiqꝫ iam tunc ipſo ſedente & docente recitabãtur. Quid ergo? Decepit Petrus Apoſtolus Chriſti Eccleſiã, & libros ei falſos & nihil ueritatis continentes tradidit? Et cum ſciret quod uerũ eſt haberi apud Iudæos, apud Chriſtianos uolebat haberi quod falſum eſt? Sed fortaſſe dicit, Quia ſine literis erat Petrus, et ſciebat quidem Iudęorum libros magis eſſe ueros quàm iſtos qui erãt in Eccleſia, ſed interpretari nõ poterat, propter ſermonis imperitiã, Et quid? nihil in iſto agebat ignea lingua per ſpiritum ſanctum cęlitus data? Non ergo omnibus linguis loquebãtur Apoſtoli? Sed concedamus, quia non potuerit Petrus Apoſtolus facere, quod hic modo fecit, De Paulo quid dicimus? Num & Paulus ſine literis fuit? Hebræus ex Hebræis, ſecundum legem Phariſæus, edoctus ſecus pedes Gamalielis, qui etiam & ipſe Romę poſitus, ſiquid Petro defuiſſet, putas nõ potuit adimplere? Quomodo ergo iſti, qui præcipiebant diſcipulis, ut attenderent lectioni, emendatas eis & ueras non dabant lectiones? Et qui

Petrus Ro. Eccleſiæ Epiſcopus.

Paulus.

præcipiunt

præcipiunt, ne attendamus Iudaicis fabulis & genealogijs, quæ quæstiones magis præstant, q̃ ædificationem. Et iterum cauere nos iubẽt & obseruare, maxime eos qui ex circumcisiõe sunt. Quomodo non præuidebant per spiritũ quod futurum esset tempus post Quadringentos fere annos, quando Ecclesia, cognito eo q̃d ab Apostolis non sibi esset tradita ueritas ueteris instrumenti, legatos mitteret ad istos quos illi tunc circumcisionem uocabant, obsecrans & exorans, ut sibi de ueritate, quæ apud ipsos est, aliquid largiretur. Per totos istos Quadringentos annos errasse se, et ignorasse quod uerũ est, fateretur. Asscitam quidem se esse ex gentibus sponsam Christo per Apostolos, sed non ab eis ueris monilibus exornatam. Putasse se, lapides esse præciosos, nunc autem depræhendisse, q̃ non sunt ueræ istæ gemmæ, quas sibi Apostoli Christi imposuerant, Erubescere se ad publicum procedere, falsis & non ueris lapidibus adornatã, & ideo rogare se, ut uel Barrabam illum, quem aliquando, ut Christo nuberet, spreuerat: mittant ad se qui possit cum uno electo ex suis uiro, ornamenta sibi uera, quę Apostoli nõ præstiterant, reparare. Quid ergo mirũ est si me minimũ & nullius numeri hominem laceret, si Ambrosium secet, si Hilarium, si Lactantiũ, si Didymum repræhẽdat? Nec multum dolere de iniuria mea debeo, pro eo quod opus meum ipse interpretari denuo

1. Tim. 1.

Ecclesia ex Gentibus spõsa Christi.

aggressus est. Cũ me LXX. Interpretibus in hac æquauerit contumelia.

Scandalũ Gentibus datum, p nouã trãslationem. Sed & illud quomodo accipiendum est? Quantum accessisse ad incredulitatem ex hoc facto Gentilibus æstimatis? Non. n. latent eos quæ apud nos aguntur. Scientes ergo legem nostram, nunc non emendatam uel mutatam, nonne dicunt apud semetipsos, errant isti, nec est apud eos aliquid ueritatis. Ecce ipsi, cũ uolunt, leges suas corrigunt & emendant. Certũ est autem, errorem præcessisse, ubi emendatio subsecuta est, Nec diuinum uideri posse quod ab homine mutatur. Hoc nobis præstitit tua ista nimia sapientia, ut omnes inspicientes etiã á gentilibus iudicemur.

Reprehẽsio Hiero. ex uerbis proprijs. Nolo sapientiam, quã Petrus & Paulus nõ docuit, Nolo ueritatem quam Apostoli nõ probauerũt. Tua uerba sunt, Post Quadringentos annos nõ debere simplices latinorũ aures nouæ doctrinæ uoce pulsari. Modo tu dicis. Omnis qui putabat Susannam nuptis & innuptis exemplum pudicitiæ præstitisse, errauit, nõ est uerum. Et omnis, qui putabat, ꝙ puer Daniel spiritu sancto fuerit repletus, & arguerit adulteros senes, errauit, non erat uerum Et omnis Ecclesia per orbẽ terrarum, siue eorum qui in corpore sunt, siue eorum qui ad Dominum perrexerunt, siue illi sancti confessores fuerunt, seu etiam sancti Martyres, quicunq; hymnum triũ puerorum in Ecclesia Domini cecinerunt, oẽs

erra-

errauerũt & falſa cecinerũt. Modo ergo nobis poſt CCCC. annos legis ueritas, empta pręcio de ſynagoga, procedit, poſteaꝗ̃ ſenuit Mũdus, & perurgentur cuncta ad finem? Scribamus etiam in ſepulchris ueterum, ut ſciant & ipſi, q hic aliter legerant, quia Ionas non habuit umbram cucurbitæ ſed hederæ, Et iterum, cũ uoluerit legiſlator, nec hederæ ſed alterius uirgulti. Et poſt pauca. Tuum igitur frater, tuũ iſtud eſt factum, nec quenꝗ̃ nunc te in hoc comitem uel ſocium in Eccleſia habuiſſe certum eſt, niſi iſtum ſolum, quem frequenter commemoras, Barrabam. Quis .n. alius auderet ab Apoſtolis tradita Eccleſiæ Inſtrumenta temerare, niſi Iudaicus ſpiritus? Illi te, o mi frater, anteꝗ̃ à Iudæis capereris, chariſſime, Illi te in hæc mala præcipitant, Illi te libellis æditis notas infligere Chriſtianis, Illi te nec Martyribus parcere faciunt, & de omni Chriſtianorum ordine fanda atꝗ̃ nefanda ſcribere, turbare pacem noſtram, ſcandala Eccleſiæ generare, Illi etiã aduerſum te ipſum & ſcripta tua, quæ quaſi Chriſtianus aliquando locutus ſis, cogunt ferre ſententiam. Et ideo tibi omnes ſordemus, dũ illi peſſimis ſuis artibus tibi nimium placent. Hæc contra Hieronymum Ruffinus.

Negat Hiero. ſe cõtra 70 locutum eſſe.

Ad iſta uero tam multa & grauia ipſe Hieronymus in ſecundo aduerſus Ruffinum hũc libro ſuo, breuiter reſpondens ait. Ego nec cõ-

tra LXX. Interpretes aliquid ſum locutus? Quos ante annos plurimos diligentiſſime emendatos, meæ linguæ ſtudioſis dedi, Quos quotidie in conuentu fratrum ediſſero. Quorum pſalmos iugi meditatione decanto? Tam ſtultus eram, ut quod in pueritia didici, ſenex obliuiſci uellem? Vniuerſi tractatus mei horum teſtimonijs texti ſunt, Commentarij in XII. Prophetas & meam & LXX. æditionem ediſſerunt. O labores hominum ſemper incerti, O mortalium ſtudia contrarios interdum fines habentia. Vnd me putabam bene mereri de latinis meis, & noſtrorum ad diſcendum animos concitare. (Quod etiam Græci uerſum de latino, poſt tantos Interpretes non faſtidiunt) Inde in culpam uocor, & nauſeanti ſtomacho cibos ingero: Et quid in homine tutum ſit, ſi Innocentia criminoſa eſt? Heu mihi mater mea, ut quid me genuiſti uirum qui iudicer & diſcerner omni terræ. Omnes præfatiunculæ ueteris Inſtrumenti, quarum ex parte exempla ſubieci, huic rei teſtes ſunt, & ſuperfluum eſt, quod in illis dictum eſt, aliter quàm ibi dictum eſt ſcribere. Incipiam igitur à Geneſi, cuius Prologus talis. Deſyderij mei deſyderatas accepi Epiſtolas & cætera.

Recitatis itaque ex ordine Octo Prologis ſuis in diuerſos ueteris Teſtamenti libros æditis, ita

tis, ita subdit. De Daniele autem breuiter respondebo, me non negasse eum Prophetam, quem statim in fronte Prologi Prophetã esse confessus sum, sed quid Hebræi dicerent, & quibus argumentis suam niterentur probare sententiam, uoluisse monstrare. In promptu sunt Quatuor æditiones. Aquilæ, Symmachi, Septuaginta & Theodotionis, Ecclesiæ iuxta Theodotionem legunt Danielem. Ego quid peccaui, si Ecclesiarum iudicium secutus sum? Quod autem refero, quid aduersum Susannæ historiam, & Hymnum trium Puerorum, & Belis Draconis fabulas, quæ in Volumine Hebraico non habentur. Hebræi soleant dicere, qui me criminatur, stultum se Sycophantam probat. Non enim quid ipse sentirem, sed quid illi contra nos dicere soleant, explicaui. Quorum opinioni si non respondi in Prologo, breuitati studens, ne non præfationem sed librum uiderer scribere, puto quod statim subiecerim. Dixi enim. De quo non est huius temporis disserere. Et infra.

Excusatio Hiero. de libro Danielis.

Nec hoc dicimus (inquit) quod LXX. Interpretes sugillemus, sed quod Apostolorum & Christi maior sit autoritas, Et ubicunque LXX. ab Hebræo non discordant, ibi Apostolos de interpretatione eorum exempla sumpsisse. Vbi uero discrepant, id posuis-

ſe in Græco, quod apud Hebræos didicerant. Sicut ergo ego oſtendo, multa in nouo Teſtamento poſita de ueteribus libris, quæ in lxx. non habentur, & hæc ſcripta in Hebraico doceo: ſic accuſator oſtendat aliquid ſcriptum eſſe in nouo Teſtamento de lxx. Interpretibus, quod in Hebraico non habeatur & finita contentio eſt. Ex quibus omnibus approbatur, & lxx. Interpretum æditionem, quæ legẽtium uetuſtate firmata eſt, utilem eſſe Eccleſijs, dum ante Gentes audiunt Chriſtum uenturum eſſe quàm ueniat, Et cæteros Interpretes non reprobandos, quia non ſua ſed diuina uolumina tranſtulerunt, & familiarem meum id à Chriſtiano & amico debere ſuſcipere, quod magno ſumptu ſibi à Iudæis deſcribere feſtinauit. Hæc S. Hieronymus, Quæ an cuilibet lectori ſatisfaciant neſcio, Mihi ſanctitatis eius reuerentia & ſummæ eruditionis autoritas, omni diſputatione potior eſt, Cum autem Lutherus ſcribere non uereatur, in ſuo contra Eraſmũ Roterodamum libro de ſeruo arbitrio, Hieronymum ineptiſſime tractaſſe ſacras literas, ut nemo fere ineptius ediſſeruerit eas quàm ille & Origenes: poſſet utiq; (ut eſt malignißimus in reprobando calumniator) multa contra hanc in Ruffinum reſponſionem obijcere, niſi maligne Hieronymi exemplum ſuæ peruerſitati prætexeret.

Lutherus contra Hiero.

Etenim

Etenim quantumuis neget S. Hieronimus, ſe contra .lxx. Interpretes quicq̃ locutum eſſe ex prologis certe ipſius facile colligi poterit, eũ quædam contra illorum autoritatem, in ſuæ tranſlationis commendationẽ & facti ſui excuſationem dixiſſe. Quippe mox in primo ſuper Geneſim prologo, poſt enumerata ex Euangeliſtis de Chriſto teſtimonia, quæ in .lxx. non haberi dicit, ita ſubiungit, Cauſas erroris non eſt meum exponere. Si ergo erroris illos arguit, quomodo nihil contra eos dixit? Cur non Chriſtianorum potius (ſicut fecit Auguſtinus) q̃ Iudæorum rationes pro illorum excuſatione adduxit? Quin etiam mox poſt Iudæorum qualeſcunq; rationes ita ſubiunxit. Et neſcio quis primus autor .lxx. cellulas alexandriæ mendacio ſuo extruxerit, quibus diuiſi, eadem ſcriptitarint. Cum Ariſtæas eiuſdẽ Ptolomæi Hyperaſpiſtes, & alias non multo poſt tempore Ioſephus, nihil tale retulerint, ſed in una baſilica congregatos, contuliſſe ſcribant, nõ prophetaſſe. Aliud eſt enim eſſe uatem aliud eſt eſſe interpretem &c. At contra hanc Hieronymi opinionem magna habemus ſanctorum teſtimonia. Iuſtini Philoſophi & Martyris, Irenei Epiſcopi & Martyris, atq; S. Auguſtini Epiſcopi omnium celeberrimi. Etenim Iuſtinus qui temporibus Imperatoris Antonini Pij fuit, in ſuo ad Gentes admonitorio ſic ſcripſit.

Hiero. cõtra.lxx.

Iustini ad gentes liber Apologeticus

Ptolemęum Aegypti regem, cum Bibliothecã illã in Alexandria pręparauisset, atq; ut eam cõsummaret, undecũq; libros cõduxisset, Certiorẽ deinde factũ, antiquã historiã. Hebraicis conscriptã characteribus, summa diligentia adseruari, cognoscendorũ uoluminũ cupiditate adductũ, uiris .lxx. sapientibus, Hebręã simul & Gręcã linguam edoctis, ab Hierosolymis accersitis, uolumina illa ut interpretarẽtur mãdauisse. Vt autẽ ab omni perturbatione semoti, citius interpretationis officio fungerentur, iussisse illis, nõ in urbe, sed ab ea procul septẽ stadijs intra Pharũ paruas exędificari domũculas, Interpretũ numero pares, unicuiq; scilicet suã, ut eorum unusquisq; priuatim demandatũ munus exequeretur. Adstantibus uero ministris precepit, haberent quidem omnem in curandis illis diligentiam, prohiberent uero, ne inuicem obseruarentur, Vt & interpretatio exactior, & conscientia simul deprehendi posset. Postquam autem cognouit .lxx. uiros non solum eadem sententia, sed eisdem etiam dictionibus usos, & nec uerbo quidem alternam consonantiam interrupisse, sed eadem omnino & de eisdem simul scripsisse, stupefactus, ac constanter credens, Interpretationem diuina uirtute confectam, omni quidem honore dignos Interpretes, tanquam Dei amicos perpendens, multis donis affectos, in patriam redire iussit. Libros autẽ illos diuinos (ut decebat) existimans

lxxij. Cellulæ apud Alexandriam.

illic

illic reposuit. Hęc uobis Gentiles uiri non fabulæ non fictæ historię instar attulimus, sed quæ Phari accolę nobis tanquam patria nunciarūt. Et quæ uidimus ipsi, illa protulimus, qui in Alexandria cum essemus, casularum uestigia in Pharo, ueluti reliquias, custodiri conspeximus. Quæ licet uobis ex aliis plærisq; discere, & præcipue à sapientibus atq; probatis uiris, Philone atq; Iosepho, qui rem hanc historiæ mandauere. Siquis autem eorum è numero, quibus contradicendi studium in usu est, contendat, libros hosce non ad nos, sed ad Iudęos pertinere, Ex eisdem libris norit eorum doctrinam non illis sed nobis conferre. Hęc Iustinus Martyr, Et in eandem sententiam multa refert Irenęus, quæ lectu dignissima uidentur, hoc pręsertim tempore. In quo noui translatores sacrarum literarum, totam perturbare nituntur Ecclesiam, sic igitur ait. Non ergo uera est quorundam interpretatio, qui ita audent interpretari scripturam. Ecce adulescentula in uentre habebit & pariet filium. Quemadmodum & Theodotion est interpretatus Ephesius, & Aquila Pontius. Vtriq; Iudęi proselyti. Quos sectati Ebionei, ex Ioseph generatum eum dicunt. Tantam dispositionem Dei dissoluentes, quantum ad ipsos est, frustrantes prophetarū testimoniū, quod operatus est Deus. Prophetatum est quidem, priusq; in Babylone fieret populi transmigratio. Id est, antequam

Ireneus lib. 3. c. 24. et. 25

Mœdi

Mœdi & Persæ acciperent principatum. Interpretatum uero in Græco ab ipsis Iudæis multum ante tempora aduentus Domini nostri, ut nulla relinquatur suspicio, ne forte morem nobis gerentes Iudæi, hæc ita sint interpretati. Prius enim q̃ Romani possiderent regnum suum, adhuc Macedonibus Asiã possidentibus, Ptolomeus Lagi filius, cupiens eam Bibliothecã, quæ à se fabricata esset in Alexandria, omnium hominũ dignis cõscriptionibus, petijt à Hierosolymis, in Græcum sermonem interpretatas habere scripturas eorum. Illi uero obaudiebant tunc adhuc Macedonibus, eos quos habebant perfectiores scripturarum intellectores, & utriusq; loquelæ. lxx. seniores miserunt Ptolomęo, facturos hoc quod ipse uoluisset. Ille autem experimentum eorum sumere uolens & metuens, ne forte consentientes, eam ueritatem, quæ esset in scripturis, abscõderent per interpretationem, separans eos abinuicem, iussit omnes eandem Interpretari scripturam, Et hoc in omnibus libris fecit. Conuenientibus autem ipsis in unum apud Ptolemæum, & cõparantibus suas Interpretationes, Deus glorificatus est, & scripturæ uere diuinę creditę sunt omnibus eadem & ijsdem uerbis & ijsdem nominibus recitantibus, ab initio usq; ad finem, uti & præsentes gentes cognoscerent, quoniã per aspirationem Dei & interpretatę sunt scripturæ, & non esse mirabile, Deum hoc in eis operatum

Filius hic pro nepote ponitur Philadelphus .n. Ptolomeus, qui Bibliothecã construxit, Lagi filio in regno Aegypti successit.

Reparatæ & interpretatæ scripturæ per spiritum sanctum.

operatum; Quando in ea captiuitate populi, quæ facta est à Nabuchodonosor, corruptis scripturis, & post. lxx. annos Iudæis descendentibus in regionem suam, & post deinde tēporibus Artaxerxis Persarum Regis inspirauit Hesdræ sacerdoti tribus Leui, prophetarū omnes rememorare sermones, & restituere populo eam legem quæ data esset per Moysen. Cum tanta igitur ueritate & gratia Dei interpretatæ sunt scripturæ, ex quibus preparauit & reformauit Deus fidem nostram, quæ in filium eius est, & seruauit nobis simplices scripturas in Aegypto, in qua adoleuit & domus Iacob, effugiens famen quæ fuit in Chanaan. In qua & Dominus noster seruatus est, effugiens eam persecutionē, quæ erat in Herode. Et hęc earum scripturarum interpretatio, priusquam Deus noster descenderet, facta sit, & antequam Christiani ostenderent, interpretata sit. Natus est ergo Dominus noster circa primū & Quadragesimum annum Augusti Imperij, multo ante uetustior fuit Ptolomæus, sub quo interpretatæ sunt scripturæ. Vere impudorati & audaces ostenduntur, qui nunc uolunt aliter interpretationes facere, quando ex ipsis scripturis arguantur á nobis, & in fidem aduentus filij Dei concludantur. Firma est autem & non ficta, & sola uera quæ secundum nos est fides, manifestam ostensionem habens ex his scripturis, quæ interpretatæ sunt illo modo, quo prediximus.

Impudorati, noui scripturæ translatores.

diximus

diximus. Et Ecclesiæ annunciatio sine interpolatione. Etenim Apostoli, cũ sint ĳs omnibus uetustiores, consonant prędictę interpretationi, & Interpretatio consonat Apostolorum traditioni. Etenim Petrus & Iohannes & Mattheus & Paulus & reliqui deinceps, & horũ sectatores, prophetica omnia ita annũciauerũt, quẽmadmodũ seniorũ interpretatio continet. Vnus. n. & idẽ spiritus Dei, qui in prophetis quidẽ pręconauit, quis & qualis esset aduentus domini, in senioribus autẽ interpretatus est bene, quę bene prophetata fuerant. Ipse & in Apostolis annũciauit plenitudinẽ temporũ adoptionis uenisse, & proximasse regnũ cęlorũ, & inhabitare intra homines credentes in eũ qui ex uirgine natus est Emanuel. Hęc Irenęus qui etsi post Iustinũ fuit, longe tamẽ Hieronymi tẽpora pręcessit. Cęterũ S. Augustinus etsi Hieronymi amantissimus familiarissimusq; per Epistolas fuit, nequaq; tamẽ in hoc illius approbauit sententiã, sed potius antiquorũ traditionẽ & Ecclesię autoritatẽ mordicus (ut dicitur) tenuit ac defensauit. Sic. n. habet in. xviĳ. libro de ciuitate Dei, de. lxx. interpretibus loquens.

Aug. de ciui. Dei li. 18. c. 42. & 43. Traditur sane, tã mirabilẽ ac stupendũ planeq; diuinũ in eorũ uerbis fuisse consensum, ut cũ ad hoc opus seperatim singuli sederint (Ita enim eorum fidẽ Ptolomęo regi placuit explanare) in nullo uerbo, quod idẽ significaret & tantundẽ ualeret, uel in uerborum ordine alter

abaltero

ab altero discreparet, sed tanquam si unus esset interpres, ita quod omnes interpretati sunt unum erat. Quoniam reuera spiritus erat unus in omnibus, & ideo tam mirabile Dei munus acceperant, ut illarum scripturarum non tanquam humanarum, sed sicut erant, tanquam diuinarum, etiam isto modo cōmendaretur autoritas, credituris quandoque gentibus profutura, quod iam uidemus effectū. Nam cū fuerint & alij Interpretes qui ex Hebręa lingua in Gręcam sacra illa eloquia transtulerint, sicut Aquila, Symmachus, Theodotion, sicut etiam illa est interpretatio, cuius autor non apparet, & ob hoc sine nomine interpretis Quinta ęditio nuncupatur. Hāc tamen quę .lxx. est, tanquam sola esset, sic recepit Ecclesia, eaque utuntur Gręci populi Christiani. Quorū plerique, utrū alia sit aliqua, ignorāt. Ex hac. lxx. interpretatione etiā in latinā linguam interpretatū est, quod Ecclesię latinæ tenent.

Alij, præter. lxx. interpretes scripturæ.

Quāuis nō defuerit tēporibus nostris presbyter Hieronymus, homo Doctissimus, & omniū triū linguarū peritus. Qui nō ex Gręco, sed ex Hebræo in latinū eloquiū easdē scripturas cōuerterit, sed eius tantū literarū laborē, quāuis Iudęi fateantur esse ueracē. lxx. uero interpretes in multis errasse contendant, Tamen Ecclesiæ Christi tot hominum autoritati ab Eleazare tunc Pontifice ad hoc tantum opus electorum, neminem iudicant præferendum. Quia etsi non in eis unus apparuisset spiritus

Interpretatio Hiero.

(sine dubitatione diuinus) sed inter se uerba interpretationis suæ. lxx. docti more hominum contulissent, ut quod placuisset omnibus, hoc maneret, Nullus eis unus interpres debuit anteponi. Cum uero tantum in eis signum diuinitatis apparuit, profecto quisquis alius illarum scripturarum ex Hebræo in quamlibet aliam linguam interpres est uerax, aut congruit illis. lxx. interpretibus, aut si congruere non uidetur, altitudo ibi prophetica esse credenda est. Spiritus enim qui in prophetis erat, quando illa dixerunt, idem ipse erat etiam in .lxx. uiris, quando illa interpretati sunt. Et post pauca.

Lxx. Interpretati sunt per spiritum.

Sic igitur, ut oportet, nihil aliud intueamur in scripturis illis, nisi quid per homines dixerit Dei spiritus.

Responsio ad uerba Hiero.

Quicquid est in hebræis codicibus, & non est apud interpretes .lxx. noluit hoc per istos, sed per illos ꝓphetas. Dei spiritus dicere. Quicquid uero est apud. lxx. In hæbræis autem Codicibus non est, per istos maluit q̃ per illos idẽ spiritus dicere, sic ostendens utrosq; fuisse prophetas. Isto enim modo alia per Esaiam, alia per Hieremiam, alia per alium atq; alium prophetã uel aliter eadem per hunc ac per illum, dixit ut uoluit. Quicquid porro apud utrosq; inuenitur, per utrosq; dicere uoluit unus atq; idem spiritus, sed ita, ut illi precederent prophetando, isti sequerentur prophetice illos interpretando. Quia sicut in illis uera

& con=

& concordantia dicētibus, unus pacis spiritus fuit, sic & in istis non secum conferentibus, & tamen tanq̃ uno ore cuncta interpretantibus idem spiritus unus apparuit. Hæc ibi Aug. qui & in secundo de doctrina Christiána libro eã-dem explicat sententiam, dicens.

In ipsis autem interpretationibus Itala cæ-teris preferatur, nam est uerborum tenacior cũ perspicuitate sententiæ, & latinis quibuslibet emendandis Græci adhibeantur. In quibus. lxx interpretum, quod ad uetus Testamentum atti net, excellit autoritas, qui iam per omnes peri-tiores Ecclesias tanta presentia spiritus sancti interpretati esse dicuntur, ut os unum tot ho-minum fuerit. Qui si (ut fertur, multiq; non in-digni fide prædicant) singuli cellis etiam singu lis separati, cum interpretati essent nihil in ali-cuius eorum codice inuentum est, quod non eisdem uerbis eodemq; uerborum ordine inuē niretur in cæteris. Quis huic autoritati confer re aliquid nedum præferre audeat? Si autem contulerunt, ut una omnium communi tracta tu iudicioq; uox fieret, nec sic quidem quemq; unum hominem, qualibet peritia, ad emendan dũ tot seniorum doctorũq; cõsensum, aspirare oportet aut decet. Quã obrẽ etiã si aliquid ali-ter in hebreis exẽplaribus inuenitur, q̃ isti po-suerint, cedendũ esse arbitror diuine dispensa-tioni, que per eos facta est, ut libri, quos gens Iudæa ceteris populus uel religione uel inuidia

Aug. de doctri. Christ. li. 2. c. 15.

lxx. collæ

prodere nolebat, credituris per Dominum gentibus, ministra reges Ptolomæi potestate, tanto ante proderentur. Itaq; fieri potest, ut sic illi interpretati sint, quemadmodum congruere gentibus ille, qui eos regebat & qui os unum omnibus fecerat, spiritus sanctus indicauit. Sed tamen, ut superius dixi, horum quoq; interpretum, qui uerbis tenacius inhæserunt, collatio non est inutilis ad explanandam sæpe sententiam. Hæc Aug. Qui & ipsum Hieronymum hac de re amice per epistolas admonuit. In quarum una sic ait.

Aug. In epistolis ad Hiero.

Ego sane te mallem Græcas potius Canonicas nobis interpretari scripturas, quæ .lxx. interpretum autoritate perhibentur. Perdurum enim erit, si tua interpretatio per multas ecclesias frequentius cœperit lectitari, quod à Græcis ecclesijs latinæ ecclesiæ dissonabunt, maxime, quia facile contradictor conuincitur, græco prolato libro, id est, linguæ notissimæ. Quisquis autem in eo quod ex hebræo transsatum est, aliquo insolito permotus fuerit, & falsi crimen intenderit, aut uix aut nunquã ad hebræa testimonia peruenitur, quibus defendatur obiectum. Quod si etiam peruentum fuerit, tot latinas & græcas autoritates damnari quis ferat? Huc accedit, quia etiam consulti hebræi possunt aliud respondere, ut tu solus necessarius uidearis, qui etiam ipsos possis

possis conuincere, Sed tamē qui iudicet, mirum, si potueris inuenire.

Nam quidam frater noster Episcopus, cum lectitare instituisset in ecclesia, cui præest, interpretationem tuam, mouit quiddam longe aliter abs te positum apud Ionam prophetam, quam erat omnium sensibus memoriæq; inueteratum, & tot ætatum successionibus decantatum, factus est tantus tumultus in plebe, maxime græcis arguentibus & inclamantibus calumniam falsitatis, ut cogeretur Episcopus (ea quippe ciuitas erat) Iudæorum testimonium flagitare. Vtrum autem illi imperitia an malicia, hoc esse in hebræis codicibus responderūt, quod & græci et latini habebant. Quid plura? coactus, est homo uelut mendositatem corrigere, uolens post magnum periculum nō remanere sine plebe. Vnde etiam nobis uidetur aliquando, te quoq; in nonnullis falli potuisse. Et uide hoc quale sit in eis literis, quæ non possunt collatis usitatarum linguarū testimonijs emendari. Et in alia ad eundem epistola.

Dissensio plebis cō tra interpretatio nem Hiero.

Ideo autem desydero (inquit) interpretationem tuam de. lxx. ut & tanta latinorum interpretum, qui qualescunq; hoc ausi sunt, quantū possumus, imperitia careamus, et hi q me inuidere putant utilibus laboribus tuis, tandē aliquā, si fieri potest, intelligant, ꝓpterea me nolle quā ex hebræo interpretationē in ecclesijs legi-

Aug con tra inter pretatio nem Hie ro.

ne contra.lxx. autoritatem, tanq; nouum ali-
quid proferentes, magno scandalo perturbe-
mus plebes Christi,quarum aures & corda illa
interpretationem audire cnosueuerunt,quę eti-
am ab Apostolis probata est. Hæc Aug. ijs cō
sonum et ea,quæ hoc æuo nostro Augustinus
Eugubinus super Genesim annotauit,ubi con
tendit,non .lxxv. sed duntaxat. lxx. animas
cum Iacob in Ægyptum descendisse. Sed quod
est(inquit)& pium & uerum,non. lxx. Inter-
pretibus, sed librarijs eum errorem adscriba-
Act:7. mus. Lucas autem,siue quod hebraice nesciret
siue quia ad docendos homines nihil referre
putaret,ab hebraica ueritate alicubi dissentire,
sed potius approbare æditionem septuaginta,
quæ ubiq; erat receptissima,& maximæ uene-
rationi habita,testimonium ut erat iam uulga-
tum citauit.Quo & reliqui Apostoli fecerunt,
qui magis iuxta æditionem Septuaginta testi-
monia citabant q̃ ex hebraicis codicibus. Sæ
pe enim solet esse magis arguta quam pia eius-
modi sollicitudo, usq; ad unguē resecare, quid
quæq; dictio significet. Quod grauissimi san-
ctissimiq; uiri libenter uitabant. Hæc ibi Eu-
gubinus.

Ex his itaq; omnibus plane iam constat,Di
uinum Hieronymum interpretationi .lxx. in-
terpretum minus alicubi tribuisse q̃ doctis plę
risq; placuit,& noua sua interpretatione ex he
bræo plurimos è Catholicis offendisse, non

solum

ſolum Ruffinum ut aduerſarium, ſed & Au-
guſtinum, quamuis hic eum ſynceriſſime dili-
geret, atq; etiam uehementer doleret ſuper diſ-
cordia, quę inter Hieronymum & Ruffinum
orta fuerat. Quemadmodum in quadam ad
Hiero. epiſtola explicauit, ſic dicens. Neſcio *Aug. conquerēs de diſcordia inter Hiero. et Ruffinum.*
quæ ſcripta maledicta ſuper tuo nomine ad A-
phricam perueniſſe audiuimus. Accepimus ta-
men quod dignatus es mittere, illis reſpondens
maledictis. Quo perlecto, fateor, multum do-
lui, inter tam charas familiareſq; perſonas, cun-
ctis pene eccleſijs notiſſimo amiciciæ uinculo
copulatas, tantum malum extiſſe diſcordię. Et
poſt pauca. Væ (inquit) mundo ab ſcandalis. *Matt. 24*
Ecce fit, ecce prorſus impletur quod ueritas ait.
Quoniam abundauit iniquitas, refugeſcet cha-
ritas multorum. Quæ ſibi enim iam fida pe-
ctora tuto refundantur? In cuius ſenſus tota
ſe proijciat ſecura dilectio? Quis deniq; ami-
cus non formidetur, quaſi futurus inimicus, ſi
potuit inter Hieronymum & Ruffinum hoc
quod plangimus exoriri? O miſera & miſe-
randa conditio. O infida in uoluntatibus ami-
corum ſcientia præſentium, ubi nulla eſt præ- *Inſigne olim par amicorum Hiero. & Ruffinus*
ſcientia futurorum. Et infra. Ibi rurſus acer-
rimis dolorum ſtimulis fodior, dum cogito
inter uos, quibus Deus hoc ipſum, quod uter-
q; ueſtrum optauit, largum prolixumq; cōceſ-
ſerat, ut cōiūctiſſimi & familiariſſimi mella ſcri
pturarū ſanctarum pariter lamberetis, ſic tātæ

 amaritu-

amaritudinis irrepsisse perniciem, quando mō do, ubi non, cui non homini formidandum, cū eo tempore, quo abiectis iam sarcinis sæculari bus, iam expediti dominum sequebamini, & in ea terra uiuebatis simul, in qua Dominus humanis pedibus ambulans, pacem inquit meam do uobis, pacem meam relinquo uobis, uiris ætate maturis, & in eloquio domini habitantibus uobis accidere potuit? Vere tentatio est uita humana super terram. Heu mihi qui uos simul alicubi inuenire non possum, forte ut moueor, ut doleo, ut timeo, prociderem ad pedes uestros, flerem quantum ualerem, rogarem quantum amarem, nunc unū quemq; uestrū pro seipso, nūc utrumq; pro alterutro, & pro alijs, ac maxime infirmis, pro quibus Christus mortuus est, qui uos tanq; in theatro uitæ huius, cum magno sui periculo spectant, ne de uobis ea scribendo spargatis, quæ quandoq; concordantes delere non poteritis, qui nūc cō cordare nolitis, aut quę concordes legere timeatis, ne iterum litigetis. Verū dico charitati tuæ nihil me magis q; hoc exemplum tremuisse, cū quædam ad me in epistola tua legerem tuæ indignationis indicia &c.

Pietas et amor Aug.

Non leuem igitur excitatum fuisse tumultū nec pauca offendicula in Ecclesijs Christi per orbem terrarum orta fuisse ex noua Hieronymi translatione, testantur non solum Ruffini et

Clamores cōtra Hiero. propter nouā interpretationem.

Augusti-

Augustini scripta, uerum etiam propria ipsius Hieronymi uerba in prologis suis, quibus placare ac mitigare quærit concitatos in se animos aduersantium sibi & reclamantium suę translationi hominum Catholicorum. Sic. n. ait in prologo super Iosue. Quæ enim audientis uel legentis utilitas est, nos laborando sudare, et alios detrahendo laborare. Dolere Iudęos quod calumniandi eis & irridendi Christianos sit ablata occasio, Et ecclesiæ homines id despicere, immo lacerare unde aduersarij torqueantur? Quod si uetus eis tantum interpretatio placet, quæ & mihi non displicet, & nil extra recipiendum putant, cur ea quæ sub Asteriscis & obelis uel addita sunt uel amputata, legunt & negligunt? Et in alio prologo rogat in fine famulas Christi, quibus scribebat, at contra latrantes canes qui aduersum me (inquit) desæuiunt & circumeunt ciuitatem, atque in eo se doctos arbitrantur, si alijs detrahant, orationum uestrarum clypeos opponatis.

Et rursus in alio ad quosdam pręcipuos amicos prologo sic exorditur. *Super li. Esdræ.* Vtrum difficilius sit facere quod poscitis, an negare, nec dum statui. Nam neque uobis aliquid imperantibus abnuere sententię est, & magnitudo oneris impositi ita ceruices pręmit, ut ante sub fasce ruendum sit quam leuandum. Accedunt ad hoc inuidorum studia, qui omne quod scribimus, reprehendendum putant. Et interdum contra *Inuidorũ studia cõtra hiero.*

ſe conſcientia repugnante, publice lacerant qđ oculte legunt, in tantum ut clamare compellar & dicere. Domine libera animā meam à labijs iniquis & à lingua doloſa. Tertius annus eſt quod ſemper ſcribitis atq; reſcribitis, ut Eſdræ librum & Heſter uobis de hebræo transſferā. Quaſi non habeatis græca & latina uolumina, aut quicquid illud eſt quod à uobis uertitur, non ſtatim ab omnibus conſpuendum ſit. Fruſtra autem (ut ait quidā) niti, neq; aliud fatigādo niſi odium quærere, extremę dementiæ eſt. Itaq; obſecro uos mi Damnion & Rogatiane Chariſſimi, ut priuata lectione contenti, libros non efferatis in publicum, nec faſtidioſis cibos ingeratis, uitetiſq; eorum ſuper titulum, qui iudicare tantum de alijs, & ipſi facere nihil nouerunt. Item in Iob prologo ſic orditur. Cogor per ſingulos ſcripturæ diuinæ libros, aduerſariorum reſpondere maledictis, qui interpretationem meam reprehenſionem .lxx. interpretum criminantur. Quaſi non & apud Græcos Aquila Symmachus & Theodation, uel uerbum è uerbo, uel ſenſum è ſenſu, uel ex utroq; commixtum, & medie temperatum genus tranſlationis expreſſerint, & omnia ueteris inſtrumenti uolumina Origines obelis aſteriſciſq; diſtinxerit, quos uel additos uel de Theodotione ſumptos, tranſlationi antiquæ inſeruit, probans defuiſſe quod additum eſt &c.

Sed

Sed Ruffinus ad longum probare nititur, lõge aliud esse factum Origenis circa scripturæ translationem q̃ꝫ sit Hieronymi. Ego (inquit) Origenis nec unum locum ex scripturis diuinis de Hebræis inuenio translatum. A te omnes scripturas uideo esse mutatas. Et quomodo factum tuum & illius simile uideri potest? Apostatæ quidem & Iudæi interprætati sunt ea, quorum lectione Iudæi maxime utuntur, et quia frequenter, si disputatio accidisset, uel immutata esse aliquanta, uel deesse uel abundare in nostris scripturis mentiebantur. Voluit Origenes nostris ostendere, quales apud Iudæos scripturarum lectio teneretur, & in proprijs paginis uel columnellis æditiones eorum singulas quasqꝫ descripsit, Et ea quæ apud illos sunt addita uel decerpta, certis quibusqꝫ signis additis, ad uersiculorum capita designauit, & in alieno, nõ suo, opere suas tantummodo notas fixit. Vt sciremus, nõ quid nobis, sed quid Iudæis aduersum nos certantibus, aut deesse aut abundare uideretur. Ita ergo fecit ille, ea quæ per alios interpretes siue perempta fuerant seu etiam abundantius prolata, proprijs quibusdam signis, id est asterisci & obelisci notulis designauit, Cæterũ neqꝫ uerbum aliquod de suo unum saltem inseruit, neqꝫ nostrorum exemplariorum fidem fecit in aliquo uacillare. Sed ea quæ minus uidebantur secundum cursum literæ plana & lucida, spiritualis intelligentiæ

Aliud Origenis, aliud Hieronymi factum.

ostendit referta mysteriis. Quid tibi ergo Origenis factũ in hoc potest præstare solatij, cuius neq; opus simile aliquod ostendere potes, & in quo tantum laboras ut litera occidat consequẽtem, dum ille è contrario spiritus uiuificantis esse cauetur assertor? Hæc Ruffinus.

Contra Prologũ Hiero. super Danielem.

Quid autem respondit ad hanc Ruffini obiectionem Hieronymus? Respondit quidẽ ad ea, quæ de Danielis libro Ruffinus obiecerat, sed an satisfecerit, lectoris esto iudicium. Poterant profecto & hæc eius uerba Christianum perturbare lectorem, nempe Danielem (qui tã sanctas & admirandas à Deo sibi reuelatas habuit uisiones) apud Hebræos non inter Prophetas, sed inter Agiographorum scriptores haberi. Qua.n.id faciunt autoritate Hebræi? Miror equidẽ, unde Theodotion (cuius interpretatione in libro Danielis uti Ecclesiam ait Hieronymus) transtulerit aut acceperit Susannæ histotiam, hymnum trium puerorũ & Belis, Diconisq; & Abacuc fabulam (ut Iudæi uocant) si apud Hebræos non habentur. Testatur enim ipsemet Hieronymus (sicut & alij permulti Classici autores) Theodotionem ex hæbreo in græcum trãstulisse uetus Instrumentum. Dicant ergo nobis Iudæi, unde ista transtulerit Theodotion, si non transtulerit ex hebræo.

Quid, q Reuerẽdus pat, Kilianus Leib. Prior Rebdorfensis, uir linguę hebraicæ peritissimus

ad lon-

ad longum per multa argumēta Iudæos manifeste accusat & conuincit, ut falsarios & ipsius textus sacræ scripturæ deprauatores: Vocat in Testimonium Iustinum Martyrem, cuius uerba recitat ex Historia Ecclesiastica, Et præter eum doctissimos ex Iudaismo conuersos quosdam doctores. Et ipsemet plerisq; exemplis ad oculum demonstrat, præsertim per testimonia Targum: expositionis Chaldaicæ quam fecit Ionatha. Affirmat igitur Iudæos (hostes Christi) Trifariam corrumpere scripturas, punctis scilicet, literisq; erasis aut immutatis, & expositionibus seu commentarijs mendacibus. Idq; prolixe ac copiose commemorat in præclaro libro suo, quem de Christianæ fidei mysterijs elucubrauit. Quid, quod ipsemet Lutherus, qui supra XX. annos turbauit Ecclesiam Dei noua translatione sua, nunc tandem publice fatetur, non se solum, sed etiā & Sanctum Pagninum, & Sebastianum Munsterum crebro errasse in sua ex Hebræo translatione, eo quod Rabinorum glossis nimium crediderint qui de Christo prauas habent opiniones. Moses (inquit) & scriptura Iudæis nostri temporis incognita est, nec uere apud eos est Moses antiquus, qui utiq; uult Messiæ testis esse. Cum igitur Iudæi Messiam tam scelerate tractent, impossibile est eos Mosen uel in uno uersu recte intelligere. Hæc Lutherus.

Histo. Eccle. lib. 4. c. 18.

Sic & Pellicanus, cum ædidisset iampridem nouam ex hebræo Psalterij translationem, lõge diuersam in q̃ plurimis à translatione nostra antiqua. Tandem ad cor rediens, & Hebraice doctior factus, publice confessus est, antiquum Psalterij Interpretes fuisse eruditissimũ pariterq; pijssimum, ac uere Prophetali spiritu præditum, qui tanta dexteritate ac eruditione & fide hebraico, quo ad sensum, cõcordauerit.

Non omnino iniuste repræhensus Hiero.

Vt igitur uerum fatear, non per omnia iniuste repræhensus mihi uidetur propter nouam ex hebræo translationem à Ruffino Hieronymus, quia per eam illo tempore permulti ex Catholicis turbati ac scandalizati fuerunt, quemadmodum & Augustinus testatur, Atq; ipsemet Hieronymus in quodam ait Prologo. Quod semel aures hominum occupauerat, & nascentis Ecclesiæ roborauerat fidem, iustum erat etiam nostro silentio comprobari. Et in alio ad Damasum Papã ꝓlogo sic habet. Pius labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de cæteris, ipsum ab omnibus iudicandum, senis mutare linguam, & canescentem iam mundũ ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter uel indoctus, cum in manus uolumen assumpserit, & à saliua, quam semel imbibit, uiderit discrepare quod lectitat, non statim erumpat in uocem, me falsarium, me clamitãs esse sacrilegum, qui audeã aliquid in ueteribus libris addere, mutare, corrigere &c. Quare (ut loquar

Super lib. Paralip.

Sup quatuor Euã.

loquar pro mea simplicitate) probare per om-
nia non possum, quæ idem Hieronymus in ga
leato ponit principio, dicens. Hic Prologus
scripturarum, quasi galeatum principium, om
nibus libris, quos de hebræo uertimus in lati-
num, conuenire potest, ut scire ualeamus, quic-
quid extra hos est, inter Apocrypha esse ponē-
dum. Igitur sapientia, quæ uulgo Salomonis
inscribitur, & Iesu filij Syrach liber, & Iudith,
& Tobias & Pastor, non sunt in Canone, Ma
chabæorum primum librum hebraicum repe-
ri. Secundus græcus est, quod ex ipsa quoque
phrasi probari potest. Quæ cum ita se habeāt,
obsecro te lector, ne laborem meum repræhen
sionem existimes antiquorum.

Galeatum Principiū

Sed da ueniam Sancte Hieronyme infirmi-
tati meæ, & dic mihi, si uis. Quomodo non
erat labor ille tuus antiquorum repræhensio,
cum non ignorares hosce libros, quos hic iniu
riose (ut uideri potest) Apocryphos dicis, eo
quod in Canone Hebræorum non habentur,
per totum orbem á Christianis in omnibus Ec
clesijs publice legi, prædicari & approbari?
Maior ne est apud te Iudæorum q̃ Christiano
rum autoritas? Absit. Cur dicis Apocrypha,
de quorum certo autore fideli non dubitas?
Nosti sane libri, qui Ecclesiasticus dicitur, au-
torem esse Iesum filium Syrach. Et librum Iu-
dith eundem habere autorem quem habet li-
ber Hester, nempe Ioachim filium Iesu summi
sacerdotis,

Cōtra Iu diciū Hiero. de Apocryphis

sacerdotis, & ipsum quoq; summum fuisse sacerdotē, sicut testatur clarissimus apud Iudæos autor Philo. Cur igitur hic unum ex ijs duob. libris Agiographū, alterū Apocryphū dicis? An oblitus es, Sancte Senior, eorum quæ de libro Iudith scripsisti in tuo ipsius Prologo? Hæc sane sunt ibi uerba tua. Apud hebræos liber Iudith inter Agiographa legitur, cuius autoritas ad roboranda illa, quæ in contentionē ueniunt, minus idonea iudicatur. Chaldæo tn̄ sermone cōscriptus, inter historias cōputatur. Sed quia hunc librum Synodus Nicena in numero sanctarū scripturarum legitur computasse, acquieui postulationi uestræ, imo exactioni &c. Dic ergo Beatissime Presbyter. Si apud hebræos iste liber inter Agiographia legitur, cur abs te in Galeato principio tuo inter Apocrypha computatur? Si præterea in Chaldæo scriptus inter historias, & à Synodo Nicena inter sanctas scripturas computatur, quo iure cōputatur à te in Galeata p̄fatiōe inter Apocrypha?

Philo in Breuiario suo de temporibus.

Liber Iudith.

At dicis, eum in Canone Hebræorum non haberi, ideo Apocryphū dici. Nunquid uero hebræorum Canon maioris est apud te autoritatis, q̄ Canon Christianorum? q̄ Synodus Nicena? q̄ Catholicæ per orbem Ecclesiæ autoritas? Absit. Nec puto hebræos facile defendi posse, q̄ librū Hester potius q̄ librū Iudith in Canonē suum receperunt, cum unus & idē sit autor utriusq;, & liber Iudith alterū tempore præcessit, ut antiquitatis saltem priuilegio

Canō Hebreorum reprehensibilis.

possit illi præferri potius q̃ posthaberi.

Adde, q̃ totus est purus & impermixtus ab omni fere Apocrypha. Liber aũt Hester plus q̃ pro Tertia parte permixtus & confusus est scriptis Apocryphis, sicut propria confessione tua conuinci poteris. Ausim sane dicere, salua reuerentia erga te mea, In nullo prorsus siue ueteris siue noui Testamẽti libro quantũuis etiã prolixo, toties à te notata esse Apocrypha, quoties notata uidemus in uno & breui libello Hester. Quin etiã ĩ ipso mox Prologo affirmas librũ Hester uarijs translatoribus uitiatum esse. Qua igiť iustitia aut ęquitate in Galeato principio tuo librũ Hester usq; adeo prefers libro Iudith, ut hũc inter Apocrypha, illum uero inter Agiographa cõputes? Certe in ꝓlogo Iudith ultro fateris, librũ Iudith inter Agiographa apud hebręos legi. Quod si ita ẽ, Hebręi ꝓfecto lõge melius cõcordãt cũ Synodo Nicena q̃ facit Galeatũ tuũ principiũ, Quod tãti facis tu, ut id oĩbus libris, q̃s ex hebræo uerteris, cõuenire posse affirmes. Quid. n. sunt Agiographa gręce, q̃ sanctę scripturę latine? Proinde nõ uideo causam, ꝓpter q̃ in contentione minus ualere debeat libri Iudith q̃ libri Hester aut aliorum Agiographorũ autoritas, sicut in ꝓlogo Iudith tu sentire uideris. Pro Tobiæ quoq; libro eadem habetur ratio. De quo sic ais in Prologo ipsius libri, Quem Hebræi (inquis) de Catalogo diuinarum scripturarum secantes, his q̃ Agiographa memorant, manciparũt. Quod

Liber Hester.

Liber Tobie.

si Agiographa inter diuinas scripturas memorari nō deberent, maxima profecto pars librorum hebraici Canonis exploderetur de Catalogo diuinarum scripturarum, In Galeato. n. principio tuo Nouem libros (quorum pleriq; nullis alijs uel autoritate antiquitatis uel sanctitate & profunditate sententiarum cedere uidentur) inter Agiographa cōmemoras, Quorum primus Iob. Secundus liber Psalmorum. Tertius Prouerbiorum est. Quid autem absurdius magisue impium uideri queat, q̄ reicere hos tales ac tantos libros de diuinarum scripturarum Catalogo? Si ergo Hebræi librum Tobiæ inter Agiographe commemorant (ut dicis) non uidetur æquum & rationi consentaneum, eundem librum uel ab ipsis Hebræis secari de diuinarum scripturarum Catalogo, uel à te sancte pater inter Apocrypha in Galeato computari principio.

Liber Sapientiæ. Sed & sapientiæ liber dignior mihi uidetur q̄ ut inter Apocrypha computari debeat. Sancta enim mater nostra, Ecclesia Catholica cōplura Cantica lectionesq; ex eo libro publice per omnes Ecclesias Monachorumq; conuentus assumpsit ac in sanctorum festis diebus recitat, Quod si eum ideo Apocryphum dixeris, quod non certo constet nobis de eius autore, (q̄uis Aug. Iesum filium Syrach autorem eius constantissime perhiberi affirmet) eadem profecto ratione uel probacissimos etiam Hebraicś

braici Canonis libros Apocryphos dicas oportet. Pleriq;. n. ex ijs sine certo, de quo nobis constet, sunt autore, Quemadmodum ego ante multos iam annos, cum de Ecclesiæ & scripturę sacræ autoritate, aduersus nouos translatores, Ecclesiæq; cõtemptores, agerem, de nõ paucis ostendi, Neq; hodie dabit mihi quispiã, credo, ex probata ulla Hebraici Canonis autoritate, certum & indubitatũ autorẽ et scriptorẽ libri Iudicum (ut de Iosue historia Moysiq; libris interim taceã) libri Ruth, Quatuor librorum Regũ, & duorum librorũ Paralipomenon. Si ergo isti per Ecclesiæ autoritatem à cõtumelia Apocryphorum uindicantur, Cur nõ possint & alij libri, quos recepit & approbauit Ecclesia, per eiusdem sacrosanctam autoritatẽ à contumelioso Apocryphorũ nomine & opprobrio asseri atq; defendi? Apocrypha quippe dicuntur, teste Augustino, in quibus etsi inuenitur aliqua ueritas, tñ propter multa falsa, nulla est eis Canonica autoritas. Apocryphũ sane dicitur latine abscõditum. Eas igitur scripturas appellat Apocryphas diuus Augustin. quarum occulta origo non claruit patribus, à quibus usq; ad nos autoritas ueracium scripturarum, certissima & notissima successione peruenit. Cum igitur omnes illi libri, quos Galeatum principium Apocryphos dicit & ab Hebræorum canone secat, certissima & notissima temporum & Episcoporũ successione, ad nos

Augu. de ciui. dei li. 15. c. 23.

Apocrypha.

usque per Ecclesiæ autoritatem & usum publicū pvenerint. Iustior profecto saniorque uidetur mihi super ijsce Augustini quam Hieronymi sentētia, Hic. n. Hebræorum, ille uero Ecclesiæ Canonē obseruat. Vnde fit ut Hieronymus tātū xxij. numeret ueteris Testamēti libros Canonicos, Augustinus uero, Ecclesię Conciliorūque autoritatē & sanctorū patrum traditionem sequens duplicat Hieronymi numerū, xliiij. libris ueteris Testamenti autoritatem terminās, quibus totum scripturarū vet. test. canonem contineri affirmat. De duobus igitur libris, quos Apocryphos uocat Hieronymus, ita scribit Augustinus. Nam isti duo (inquit) libri, unus qui sapientia, & alius qui Ecclesiasticus inscribitur, de quadam similitudine Salomonis esse dicuntur. Nam Iesus filius Syrach eos scripsisse constantissime perhibetur, Qui tamen, quoniam in autoritatem recipi meruerunt, inter Propheticos numerandi sunt. Hæc Augustinus.

Augu. de doctrina Christ. li. 2. c. 8.

Cui & in alijs libenter assentior, ubicunque aliter legit iuxta antiquū Ecclesiæ textum quam legunt in Hebræo suo Iudæi. Qualis est ille locus Gen. viij. de coruo. De quo sane omnes Doctores nostri antiqui. Ambro. Chrysosto. Aug. &c. unanimiter docent, quod non reuertebatur. Omnes autem Iudæorum textus habēt affirmatiue, quod reuertebatur. Ego igitur, non

synago-

synagogæ sed Ecclesiæ filius, sequor potius nostrũ q̃ Iudaicũ textũ, q̃m & sancti patres id ipsum fecerunt, & sensus nostri textus magis historiæ cõgruit q̃ textus Iudaicus. Pellicanus etsi commentarios ędidit, tñ circa hunc locum non allegat causam, propter quam ipse simul cum Iudæis aliter hic legunt q̃ nos legimus. Quasi uero non sit res consideratione digna, Vbi manifesta cernitur contradictio. Reuertebatur & Non reuertebatur Noui itaq; Trãslatores, etsi fatẽtur in hebraico sic de coruo haberi. Exibat & redibat, Ipsi tamen aliis hic utũtur uerbis, quibus contradictionem hanc obtegere aut saltem obscurare nituntur, Vnus enĩ ait sic, Et emisit coruum, qui egressus est egrediendo & redeundo, donec siccarentur aquæ. Alius uero sic. Coruum emisit, qui egressus ultro citroq; uolitabat donec siccarentur aquæ. Alius aliter. Nos autem longe securius legimus hunc textum, sicut legerunt eum patres antiqui, quod egressus coruus non reuertebatur, Cuius rei etiam causam affert Sanctus Ambrosius, sic dicens. Egressus coruus non reuertitur ad iustum, quia fugitans culpa omnis æquitatis, nec probitati uidetur & iustitiæ conuenire. Sed reuertamur ab hac digressione ad propositum.

Ambro. de Noe et arca c. 17

Etenim ex dictis S. Augustini supra recitatis satis cõstare iã arbitror. D. Hiero. noua sua

ex hebræo translatione, haud leuiter turbasse temporibus suis plurimos Ecclesiarum Antistites, cum plus æquo credere ac tribuere uideretur Ecclesiæ sugillatoribus Iudæis, eorumque Canoni nimium fidere, & præ eius autoritate, scripturarum Canonem ordinemque, quē tenet Ecclesia, perturbare. Quod sane, quàm utiliter ab eo factum sit, nescio, licet de pia & sancta intentione eius nihil dubitauerim. Nollem equidem sanctis et magnis laboribus lucubrationibusque tanti uiri detrahere, aut ingratus uideri, quem ut sanctum Dei ueneror et Intercessorem habere precor, Veruntamē si citra odiū fieri queat comparatio, maiores utilioresque mihi uidentur fuisse Theologi, scripturarumque sacraū expositores & uerbi Dei ad populum prçcones, Antiqui patres, qui noua Hieronymi interpretatione usi nō sunt, quàm posteriores fuerint. Quos quæso ex posterioribus iure ac uere, non dico præferre, sed çquare saltem possumus Apostolicis uiris Dionysio, Ignatio, Clemēti, Polycarpo & id genus alijs Apostolorum discipulis? Quos item post eos Irenæo, Tertulliano, Origeni, Cypriano & id genus compluribus Episcopis & præsbyteris, qui Martyrum temporibus floruerunt? Quos deinde magno Athanasio Alexandrino, Magno Basilio Cesariensi in Cappadocia, Eusebio Pamphilo Cæsariensi in Palestina, Gregorio Nazianzeno Hilario Pictauiensi, Ambrosio Mediolanensi & reliquis qui illam

Maiores Theologi Autequā post Hiero.

qui illam Hieronymi ex hebræo translationẽ nunq̃ uiderunt, aut si qui uiderũt, ut Ruffinus & Augustinus, eam acceptare noluerunt? Lõgũ foret oẽs cõmemorare, quos ipse Hieronymus & post eũ Gẽnadius de Illustribus Ecclesiæ uiris scribẽtes numerose cõmemorauerũt.

Non hæc in Hieronymi sugillationem dicta esse uolo, sed nostris in exemplum proposita, ut à nouis scripturæ ex hebræo translationibus amodo caueant, uelut à suspectis, & receptos scripturarum textus non temere iudicent aut contemnant. Si enim Hieronymus, uir tãtæ sanctitatis autoritatisq; & nominis ac eruditionis, sua translatione noua, tantum turbationis et offendiculi concitauit, ut non possit facile ab omnibus sibi obiectis excusari, licet Ecclesiæ filius semper et quidem obedientissimus permanserit, Quanto minus poterunt iuste excusari ij nouissimi translatores, qui Ecclesiæ Catholicæ, inprimis Romanæ, non filij obedientes sed hostes existunt?

Erat nimirum credibilius, unum hominem Hieronymũ, non sane ex hebræis sed ex Christianis natum, & inter Christianos toto uitę tẽpore uersatum, facilius errare potuisse in hebraici textus translatione, q̃ lxx. uiros illos, ex hebræis hebræos natos, & uelut utriusq; linguę, græcæ scilicet & hebraicæ peritissimos à summo Pontifice suo, Eleazaro, ad bene meritũ de Iudęis regẽ Ptolomeũ (ut Iosephus narrat) trãs *Iosephus de ãtiqui. li. 12. c. 2.*

missos, in sua errasse translatione. Quod autem in sua contra Ruffinum responsione petit Hieronymus, ut accusator ostendat aliquid scriptum esse in nouo Testamento de lxx. Interpretibus, quod in Hebraico non habeatur, & per hoc finita sit contẽtio. Quid ad hæc uerba responderit Ruffinus nescio. Credo tamen dari posse aliquid in nouo testamento scriptũ de lxx. Interpretibus, quod in hebraico non habeatur. Paulus namq; in epistola sua ad Romanos citat ex xiij psalmo multos uersiculos, quos psalmus ille in Hebraico non habet.

Petitio Hiero.

Quamuis autem in prologo suo super xvi. librum tuum in Esaiam Prophetam Hieronymus ad hanc obiectionem à sancta uirgine Eustochio sibi propositam argute responderit, et responsionem illam nunc temporibus nostris Translatores noui, suam in psalmis hebraicæ linguæ peritiam ostentantes, recitent et approbent, Mihi tamen nondum omnis per eã scrupulus est exemptus. Primũ, Quia Paulus sub uno contextu oẽs illos cõmemorat uersiculos, Hierony. autẽ in diuersa scripturarũ loca illos dispergit, corradens eos partim ex uarijs psalmis, partim ex Esaia, Paulus uero in eadem epistola solet distincte recitare, non coniunctĩ sub uno cõtextu, quando diuersos citat locos, ut ẽ apertissime uidere in ix. in x. & in xv. ca. In Tertio aũt capitulo oẽs illos uersiculos cõiunctim cõmemorat, & nõ dicit, Et iterũ, Et iterũ

Quæstio Virg. Eustohcij ad Hiero.

sicut

ſicut facit ī xv. ca. ubi ex diuerſis allegat Pſalmis.

Deinde, uideo eoſdem uerſiculos, quos ibi Paulus citat, à plæriſq; Eccleſiæ Doctoribus, quorum in pſalmos extant commentarij, eidē pſalmo xiij adſcribi, ab Arnobio, ab Auguſtino, à Caſſiodoro, à Remigio, à Brunone, à Ludolfo, atq; etiam à Nicolao Lirano, qui alioqui hebraici textus obſeruātiſſimus, admonere ſolet, hoc uel illud in hebræo aut non haberi aut aliter haberi. Tertio. Quia Hieronymus ipſe confitetur, eos uerſiculos haberi in æditione uulgata ſeu cōmuni, quāq; addit, à Greciæ tractatoribus dici, eos uerſiculos non eſſe in lxx. Interpretibus. Cui autem iſtud certo conſtat? Nulla. n. uulgatior fuit æditio q̄ quæ lxx. Interpretum eſt, qui & primi fuerunt (ni fallor) qui uetus Inſtrumentum ex hebræo in græcū tranſtulerunt. Adde, q; de oībus iſtis Octo verſiculis tanta habetur conſonantia uerborū in Quadruplici Pſalterio, Gallico, Romano, Veteri & Conciliato, quod uno in uolumine, una cum Hebraico ędidit Faber Stapulenſis: ut ne in uno quidem uerbo ſit uariatum. De Pſal. XIII.

Præterea idem Apoſtolus in altera ad Timotheum ſuum epiſtola ſic ait. Quēadmodū Iamnes & Mambres reſtiterūt Moyſi, Vbi nomina magorū Pharaonis ſpeciatim exprimit, quæ in hebraico Canone nuſq; reperiūtur. Sicut igitur in nouo Teſtamēto ſunt aliq̄, quę in *Nomina magorum Pharaonis.* 2. Tim. 3.

hebræo & non in lxx. Interpretibus se reperisse affirmat Hieronymus, Ita sunt quædam econtra in Paulo, ex ueteri testamento, quæ in Canone hebraico non habentur.

Hiero. In 1. contra Ruffi.

Cumq; fateatur ipse, miro se odio auersari circumcisos, quia usq; hodie persequantur Dñm nostrum Iesum Christũ, non uideo q̃ tuto aut secure potuerit in sua ex hebræo translatione plus confidere Barrabæ Iudæo pręceptori suo præcio á se conducto, q̃ translationi lxx, Interpretum, qui nequaq̃ persecuti fuerũt Christum, sicut persecutus est eum & Barrabas ille una cum cæteris Iudæis, sanctum nomen eius blasphæmantibus in Satanæ synagoga. Proinde indignum eum existimo, qui Nicodemo sancto uiro, ad Christum nocte uenienti comparetur, longe autem indigniorem q̃ ut lxx. Interpretibus præferatur. Hæc disputatiue exempli causa aduersus nouos tẽpore nostro Translatores, non expostulandi aut insultandi animo aduersus Hieronimũ, dicta sint. Ego .n. Hieronimum inter Diuos qui cum Christo Dño nr̃o in cęlis regnãt, neq̃q; postremũ existimo, sed inter p̃cipuos ueneror ac deuote intercessorẽ inuoco, eiusq; opẽ fiducialiter imploro, & q͞ sumo Theologo, Gregorio Naziãzeno ad Basiliũ defunctum dicere licuit, mihi quoq; ad Hieronymũ (frementibus interim & aures suas obturantibus Lutheranis) dicere fas esse non dubito. Sic autem dixit ille ad Basilium.

Contra Barrabã, præceptorẽ Hiero.

Inuocatio sanctorũ.

Greg. Naziãzenus in Monodia.

Tu obi-

Tu obiter è cœlo nos reſpice, & datam mihi renũ debilitatem ac articulorum dolorem uel iube diſcere, uel adiuua & hortare ita me æquo ferre animo, ut hinc demum diſcedentem me in æterna tabernacula recipias, & beatam Trinitatem eo quo eſt modo tecum pariter contẽplari ualeam. Sic & ego ad Hieronymum dixerim ut è cœlo me reſpiciat. Quem ſane non minoris gratiæ meritiq; & eruditionis in terris fuiſſe, quam fuit Baſilius, nec minoris gloriæ premijq; & contemplationis fœliciſſimę in cœlis perpetuo eſſe arbitror. Tantum abeſt, ut laudibus ac meritis eius in aliquo detractũ uelim.

Quæ autem aduerſus tranſlationem eius ex hebręo à me ſupra ſunt diſputata, In nouos potius tranſlatores noſtri temporis dici ac retorqueri uolo. Quibus utiq; longe minus eſt cauſę, Iuris, neceſſitatis, uiriumq; & eruditionis ad fœliciter tranſferendum ex hebręo quã fuit S. Hieronymo. Si ergo iſte propter ſuam tranſlationem, dum noua eſſet, in quibuſdam uere & iuſte reprehẽdi (ſaltem de nouitate textus, quo deuotos & textu antiquo aſſuetos conturbabat) potuit, ut homo carnis infirmitate circumdatus, licet ſanctiſſimę eſſet uitę ac ſummo ingenio prędıtus, Quãto iuſtius reprehẽdi poſſunt noſtri noui tranſlatores, qui & uita & eruditione, fide quoq; & gratia Diuo Hieronymo ita inferiores exiſtunt, ut ne comparari quidẽ digne in aliquo ei poſſint. Non tam ſancta eſt eorũ

Collatio Hiero. ad nouos trãslatores.

intentio q̃ fuit Hieronymi,non tantum inge-
nium,non tanta eruditio & cognitio tum Phi-
losophiæ,tum sacrarum literarū,non tanta lin
guarū peritia,nō tāta librorū & ueterū autorū
copia,nō tantū ętatis aut ocij,non tantū sobrie-
tatis & abstinentię,non tantū uigiliarū,& pre-
cū,non tantū experientię in terra sancta,Breui
ter nihil omnino habent,in quo illi æquari ue-
re possint. Nequaq̃ igitur eis credēdū est quic
q̃ in nouis translationibus suis contra Hiero-
nymi translationem, quę iā supra Mille annos
per omnes latinorū Ecclesias in autoritate &
approbatione publica habetur, idq̃ factū esse
arbitror ex eo,q̃ apud latinos tot erant.lxx.in
terpretū exēplaria,quot codices,ut in prologo
Iosue testatur Hieronymus, Quē & Augusti-
nus rogabat(uti supra relatū est)ut transmitte
ret sibi interpretationē.lxx.ab ipso emendatā.
Si ergo recte dixit cōtra Ruffinū propter inter
pretatū ab eo origenis opus Periarchon Hie-
ronymus,Cur post CCCC.annos docere nos
niteris quod ante nescimus,Quāto rectius nos
nūc nouis trāslatoribus dicere possumus. Cur
noua ex hebręo docere nitimini,quę M,D,an-
nis Catholica nesciuit Ecclesia? Certe Augu-
stinus Eugubinus,uir æuo nostro multarū lin
guarū peritissimus, magnis plęrumq̃ cōmen-
dat pconijs hāc,qua nos in Ecclesijs nr̄is uti-
mur,interpretationem. Tāta est(inquit)huius
nr̄ę interpretationis elegātia, tāta ꝓprietas, tā
mirabili

Recepta iampridē á latinis translatio Hiero.

mirabili prudentia uitat Hebraiſmū, ſeſeq́ noſtrę phraſi accomodat, ut alterius eſſe q̄ eruditiſſimi Hieronymi, minime ut credam, adduci poſſim. Et poſt pauca. Hanc (ait) quoties cum Hebraica ueritate contulimus, toties in magnas ipſius interpretis laudes erupimus, admirati tantā maieſtatē, tantā in tranſferendo prudentiā, tantū iudiciū, tantū leporē, tantā perſpicuitatē, Cuius ſemper ſit nomen benedictum, quando aliud pro tanto munere ſoluere non poſſumus. Hęc ille. Si ergo Translatores noui dixerint, Hieronymum in pleriſq́ non recte ex hebręo tranſtuliſſe, nos longe rectius id in ipſos retorquere poſſumus, longe enim iuſtius de ipſis q̄ de Hieronymo ſuſpicari licet, q̄ nō recte interpretentur omnia, tum quia in omnibus bonis à Deo ſibi datis et conceſſis longe inferiores & pauperiores ſunt q̄ fuit Hieronymus, tum quia magna ex parte ſunt publici & præiudicati hoſtes Ro. Eccleſiæ, De cuius autoritate ſic loquitur ad Damaſum Papam Hieronymus, Ego nullum primum niſi Chriſtum ſequens, Beatitudini tuæ, id eſt Cathedræ Petri, communione conſocior. Super illam petram ędificatā eccleſiā ſcio. Quicūq́ extra hanc domum agnum comederit, prophanus eſt, Siquis in arca Noę nō fuerit, peribit regnāte diluuio. Nos igitur lōge iuſtius credimus Hieronymo q̄ nouis trāslatoribus. Hieronymus. n. ſupra. M. C. annos ī autoritate iā fuit, eſtq́ adhuc hodię.

Non credendū nouis translatoribus.

Verba Hiero. de Ro. Eccleſia.

Quæ

Quæ est autem autoritas aut prerogatiua nouorum hoc tempore translatorum? Dum ego Romę agerem,& in hebraicis rudimentis qualibuscunq; uterer pręceptore Helia Iudęo Germanico,dicebat ille mihi,siquis labori eius pręciũ daturus esset,uellet me adiutore (ipse enim latinę linguę ignarus erat) Hieronymi interpretationem (quam ego inter legendum conferebam eius ex hebręo Germanicę interpretationi)contra omnes illius impugnatores , siue Iudęi essent siue Christiani,ex hebręo ita defendere,ut à nullo iuste impugnata uideri possit. Ego autem longe pauperior eram quam ut iustum illi laboris pręcium promittere auderem, aut dare possem,atq; ita omissus fuit ille labor, cuius memoria persępe mihi dolori est,quando uideo tam multos translatores nouos,qui Hieronymo longe impares & inferiores hebraicę linguę peritiam temere ac superbe sibi uendicant,cum sint Iudęis interim per fatuam præsumptionem & arrogantiam suam ridiculo,et audaci uariatione sua nihil aliud efficiãt quam ut Christianos aut in ueteri lectione conturbent,aut per nouam in damnatas hęreses abducant.

Quibus sane,ut nouarum sectarum autoribus & Ecclesię Ro. hostibus , iuste dici potest, quod Tertullianus quibuslibet dicit hęreticis.

Tertull. de prescriptione hæreticorũ.

Si hęretici sunt (inquit) Christiani esse non possunt,Ita non Christiani,nullum ius capiunt

Christia-

Christianarum literarum, Ad quos merito discendum est, Qui estis? Quando & unde uenistis? Quid in meo agitis non mei? Quo deni- q; iure Marcion syluam meam cędis? Qua licentia Valentine fontes meos trāsuertis? Qua potestate Apelles limites meos commoues? Quid hic cęteri ad uoluntatem uestram seminatis & pascitis? Mea est possessio, olim possideo, habeo orgines firmas, & ipsis autoribus quorum fuit res. Ego sum hęres Apostolorum. Sicut cauerunt Testamento suo, sicut fide commiserũt, sicut adiurarũt, ita teneo. Vos certe exhęredauerunt semper, & abdicauerunt, ut extraneos, ut inimicos. Illic igitur & scripturarũ & expositionũ adulteratio deputanda est, ubi diuersitas inuenitur doctrinę. Quibus fuit propositum aliter docendi, necessitas instituit aliter disponendi instrumenta doctrinę. Hęc Tertullianus, Qui & de.lxxij. Interpretibus lectu digna alio in loco scripsit, quæ huic deseruiũt proposito.

Ptolęmęorum (inquit) eruditissimus, quem Philadelphum supernominant, & omnis literaturæ sagacissimus, quum studio Bibliothecarum Pisistratum (ut opinor) æmularetur, Inter cætera memoriarum, quibus aut uetustas aut curiositas aliqua ad famam patrocinabatur, ex suggestu Demetrij Phaleræi, Grammaticorum tunc probatissimi (Cui præfecturam mandauerat) Libros à Iudęis quoq; postulauit

Idem in Apologetica cõtrà Gentiles.

propriaś

proprias ſcilicet atq; uernaculas literas, quas ſoli habebāt. Ex ipſis enim & ad ipſos ſemper Prophetæ perorauerant, ſcilicet ad domeſticā Dei gentem ex patrum gratia, Hebræi retro, qui nunc Iudęi. Igitur & literæ hebręę & eloquium, Sed ne noticia uacaret, hoc quoq; Ptolomæo á Iudæis ſubſcriptum eſt .lxx. & duobus interpretibus indultis, quos Menedemus quoq; Philoſophus prouinciæ Iudææ de ſententiæ communione ſuſpexit. Affirmauit hæc uobis etiam Ariſtæas, Ita in Gręcum ſtylum ex aperto monimento reliquit. Hodie apud Serapæum Ptolomæi Bibliothecæ cum ipſis hebraicis literis exhibentur. Hęc ille.

Lxx. Interpretū autoritas. Cum igitur .lxx. Interpretes tam clara & antiqua Chriſtianorum teſtimonia habeant, merito nihil contra eos præſumere deberent noſtri temporis translatores noui, Quandoquidē & ipſe Hieronymus alicubi teſtatus eſt, eos ſpiritu ſancto plenos fuiſſe. Quia autem nouā ipſe interpretationē ex hebræo adiecit, non in illorum reprehenſionem (uti ſæpiſſime proteſtatus eſt) fecit, ſed ad emendandū uitioſa exēplaria latinorum, Sic enim ait in quodam *Super li. paralip. o* prologo. Nec hoc .lxx. Interpretibus, qui ſpiritu ſancto pleni, ea quæ uera fuerunt tranſtulerant, ſed ſcriptorum culpæ adſcribendum, dū de inemendatis inemendata ſcriptitant. Et in *ſuper lib. Eſdræ.* alio prologo, cum enumeraſſet quā uariæ ſint apud Græcos translationes, & quantus labor

ſumptuſq;

sumptusq; in Hexaplis comparandis & prele-
gendis, ita subiunxit. Quanto magis Latini
grati esse deberent, quod exultantē cernerent Græ-
ciam à se aliquid mutuari. Primum enim mag-
norum sumptuum est & infinitæ difficultatis
exemplaria posse habere omnia, Deinde etiam
qui habuerunt, & hebræi sermonis ignari sunt,
magis errabunt, ignorantes qui è multis ueri-
us dixerit. Sancta igitur & uerecūda atq; in bo-
num & ædificationē proximi pia & utilis fuit
S. Hieronymi intentio in labore suo, nempe ut
latinos ab incommodis & sumptuū & obscu-
ritatum atq; etiam uitiosorum exēplarium sua
translatione liberaret, Ideo eam à Deo conse-
cutus est gratiam, ut ipsius translatio, quam
ab initio plurimi respuebāt, paulo post ab om-
nibus reuerenter sit suscepta & approbata Ca-
tholicis, ut publice per omnes latinorum Eccle-
sias legatur & prædicetur ultra Mille iā annos.

Aliquid: Interpretationem Hieronymi ex hebræo in latinum.

Noui autem translatores, abiecta uerecun-
dia, irreuerenter arguunt erroris nō solum Hie-
ronymi sed et. lxx. Interpretationē. Quorum u-
nus sic ait. Inueniebam apud. lxx. quæ Hiero-
nymus ignorauisse uidebatur, & contra apud
Hieronymum multa quæ isti ignorauerunt.
Super utrosq; uero extollere non ueretur ex
recentioribus socium suum, ita subiungens De-
dit nobis post istos Isaiam & Oecolampadius,
uir undiq; absolutior q̄ pro multitudinis opi-
nione, adeo commentarijs illustratū, ut quod

Inuerecūda nouorum trāslatorum iactantia

Zuinglius super Esaiam.

ad sensum

ad ſenſum attinet,& ſacrarum literarum collationem,nullum unq̃ opus exierit à quoquam quod æquius poſſit Cornu copiæ adpellari. Neq; tamen ueritus eſt iſte & antiquorum reprehenſor audax & noui autoris adulator impudẽs, ad iſtud ſocij ſui Cornu copiæ nouum, ſuam quoq; nouam & complanationem & expoſitionem ſuperaddere, ſeq; in ea arte omnibus pręferre. Interim tamen fatetur,ſe quoq; in hebraicis non raro propriam mutaſſe ſententiam. Quoties(inquit) factum eſt, ut Pellicani & Leonis commilitonum noſtrorum admonitione allata,ſententiam mutauerimus? Quoties,ut & iſti ſuam, reclamantibus licet Rabinis omnibus? Hieronymus uero noſter melius cõſcius ſibi in trãslatione ſua,fidẽter ait in quodam prologo. Quid interpretem laniant? Interrogent Hebræos,& ipſis autoribus translationi meæ uel arrogent uel derogent fidem.

ſuper lib. Eſdræ.

Noui autem translatores, adeo inuerecũde & ſuperbe pugnaces ac pertinaces in ſententia plærumq; ſunt ſua,ut non ſolum Rabinis ſed etiam Chriſtianis reclamantibus,ſe cunctis rectius ſentire glorientur. Quemadmodum in prefatione quadã docet Lutherus ſuos ſic certos ac ſtabilitos eſſe oportere,in ſua de abrogãda miſſa ſententia,ut non ſolum totius mundi iudicia contemnere ac pro nihilo habere,uerũ etiam tentantis Dei uoces excludere & cum Iacob aduerſus Deum pugnare debeant ac præualere

Luth. de abrogan. miſſa.

ualere: Is prætereain sua in uetus Testamentū à se translatum prefatione circa finē sic ait. Fateor equidem, me iniquum meis uiribus pondus suscepisse. Nam cum Ebræa lingua adeo interciderit, ut ne Iudæi quidem satis ipsam intelligant; uideo quam non glossis eorum sit credendum. Si igitur aliquid lucis accedere ueteris testamenti libris potest, necesse est id à Christianis fieri, qui cognitionem Christi habent, sine qua linguarum quoq; peritia parum est profutura. Atq; ea quidem causa est, ꝙ Hieronymus aliiq; ueteres interpretes, tam sæpe sint hallucinati. Quāquam autem meum studium, quod in hanc translationem posui, commendare ipse nec debeam nec uelim, hoc tamen certo confirmare possum, quod innumeris in locis sententiam clarius et maiore cum fide dependerim quam Hieronymus. Magna profecto uidetur esse superbia, ita sese præferre Hieronymo, ut non solum hallucinatum persepe dicat in transferendo, uerum etiam imputet in causam, ꝙ Christi cognitionem non habuerit. Si autē hebraica lingua adeo intercidit, ut ne Iudęi quidem satis ipsam intelligant, dicat Lutherus, unde ipse eam rectius ac plenius didicerit, q̄ Hieronymus? aut quomodo scit, se maiori cum fide transtulisse quam transtulit ille? Quod si tam certus & perfectus erat in sua translatione Lutherus, unde accidit quæso, ꝙ in altera post æditione Germanica tam multa mutauit,

Præfatio Lutheri in uetus Test.

Impudēs Lutheri præsumptio.

addidit, omisit, q̃ secus ædiderat in priore cui prologum hunc suum præfixerat? Vbi sic variauit translationem suam Hieronymus? Vanissima est igitur huiusmodi nouorum arrogãtia atq; Philautia translatorum, qua sibi præ omnibus placent, seseq; inuicem laudant, ueteres uero superbe cõtemnunt, Contra illud scripturæ, Interroga maiores tuos & dicent tibi. Item & contra istud, quod ad Iob dixit Baldath. Interroga generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam (Hesterni quippe sumus, et ignoramus quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram) Ipsi docebunt te, loquentur tibi & de corde suo proferent eloquia. Merito igitur aduersus eos potest nũc Christo in cœlo dicere Hieronymus, quod dixit Iob. Nunc derident me iuniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Non expedit profecto, tã superbe ac temere uetera & iam olim recepta cõtẽnere atq; reijcere, ac noua nondũ probata subornare, et p hoc totã conturbare ecclesiam chr̃i. Id quod et Augustino Eugubino uehemẽter displicet, ubi tractat de nomine Dei Tetragrammato. Ex his (inquit) cognoscitur, quam commenticia sit expositio quorundã Hebræorum, quos sequitur Burgensis, qui exponunt, Ero qui ero, ero cum eis qui ero illorum Deus, Quæ liquet quam absurda sint, & hebraicis cõmentis similia. Neq; enim sunt omnia admittenda

Philautia nouorum interpretum.

Deut. 32.

Iob. 8.

Iob. 30.

ſcenda, quæ finguntur ab ea gente. Quo uitiō fœdiſſime plærique reſperſi ſunt, ut quicquid apud hebræos inueniant, ſit eis oraculum, præſertim hi qui Cabaliſticis delyramentis ſunt addicti. Hæc Eugubinus contra nouatores Iudaicos, & recte quidem.

Nominū proprio rum fœda mutatio.

Non enim uerba tantum et ſententias antiquitus receptas mutant plærumque, ſed & propria nomina hominum, quæ uulgo uſitatiſſima ſunt; dicunt enim nunc Haua pro Eua, Hā pro Cham, Noah pro Noe; Iehuda pro Iuda, Iehoſchua pro Ieſus aut Ioſue, Schimſchō pro Samſon, Zidkia pro Sedechia. Nebucad Nezar pro Nabuchodonoſor, Et id genus innumera Iudaice mutant uocabula (quæ tamē ab ipſis quoque Apoſtolis, non Iudaice, ſed iuxta lxx. in Græco prolationē in Chriſti Eccleſia cōmuni omniū uſu ſemper pronunciata fuerūt) ut uideantur ab hominibus Rabi et mittūt nos iā tandē ex ſcholis et tēplis Eccleſiæ in ſpelūcas & Synagogas Iudaicas. Propter tā inſanū & improbū nouādi ſtudiū, ita ſcribit aduerſus eā petulantiā haud minimus inter ipſos Vlricus Zuinglius Heluetius, Hebræorū (inquit) literas aliquando caruiſſe uocalibus notis, quas parum ciuiliter ipſorum Rabini & finxerunt & ſuppoſuerunt: non tantū hinc colligitur, quod & Diuus Hieron. nullam prorſus ipſarū facit mētionē. & uetuſtiſſimi eorū codices, etiamſi nūc habeant eas notas, aliquādo tamē nō habuiſſe

Zunglius in præfatiōe ſuper Iſaiam.

cum ex atramenti dissimilitudine, tum ex situ earum deprehenditur, sed uel hinc maxime, q uocalibus nunq̃ caruit ea lingua. Et post pauca. Vsu igitur constabat huius generis lectio. Qui tamen posteaq̃ toties in captiuitates uarias abducti sunt, & peregrinæ gentes aut patriam ipsorum, aut ipsos in patria non sua tenuerunt, prorsus exoletus est factus. Vbi uerocunq̃ tantum sit respirationis eis datum, ut uel redire ad literas suas uel hunc uoculandi modum excogitare potuerint, incertum est. Hoc tamen ambiguum non est, tunc tandem inuentum esse, qum eis omnis ferme peritia perierit. Cuius rei argumenta sunt plus q̃ barbaræ uoculationes, quibus(nisi q ueritas contaminari nequit) tantum non fœdant diuina eloquia. Quę ergo intẽperię monẽt, ut pro Darius legatur Dargafesch, & ꝑ Cyrus Koresch? Taceo. n. quę apud Danielẽ adperte cõprehenduntur deprauata esse, ex Gręcis allata uocubula. Quis nõ uidet, non aliũ Cacodęmonẽ, q̃ insciciam rerũ priscarũ, tam inurbanam lectionẽ persuasisse? Nobiscũ sensit Ioannes Picus Mirandulanus, acuto uir ingenio. Ista in hoc tam euidenter probo, ut quandoquidẽ res Grãmatica huius linguę tunc tandẽ orta est, cũ eã Rabini ingesserũt pro prisca illa linguę suæ sciencia. Et infra. E diuerso autẽ cũ. lxx. totã nimirũ Chiliada, ante natã istorũ Grammaticẽ uerterint sancta uolumnia, adparet plurimum illis fidei deberi.

Rectior nostra q̃ Iudæorũ

fidei deberi. Atq; hinc factum esse ut ueteres Theologi tantopere cōmendauerint eos. Hinc modum quēdā breuem studendi hebraicis literis expiscatū esse arbitror. Quandoquidē citra Rabinorū pūcta uocalia, hebraicę literę nobis plane sunt illegibiles, iam uelimus nolimus, cogimur ea recipere, sed cū hebraice uolumus legere. Nam alias dū latine legimus et scribimus ubi hebraica nomina incidūt, ipse malo cū Gręcis & latinis efferre, q̄ cū Rabinis, Reliquimus ergo Isaiam aut Esaiā, ne diceremus Ieschaiahu præsertim qum in eiusmodi nominibus uideamus adpertas crases seruauisse .lxx. & nihil q̄ ultimo loco inflexionē iuxta Grææ linguæ analogiam formauisse. Et iterum: Vt enim per uariarum rerum imperitiam, puta rerum ueterum & Cyclopædiæ, temere hallucinantur Iudæi ita in Christum perfidia contenebrati & eccæcati, non satis firmi ac fidi sunt, ut eis tuto credas .lxx. uero interpretationem omnibus, & propter uetustatem anteferas, & propter dissimilitudinem in numerato habeas, Hæc & id genus multa ipse Zuinglius contra friuolas & superbas nouarum ex hebræo translatorum nouationes, quas ex Iudaica Rabinorum traditione, post .lxx. Interpretū ætatē, inaniter confictas sequuntur potius q̄ textum & prolationē uerborum á. lxx. nobis prę scriptā.

prolatio in uocabulis.

Crases id est temperamēta

Quid rogo effecerunt hactenus boni in Ecclesia Christi per nouas translationes suas? In quibus

Vanitas & ostentatio no

uorum Transla-torum.

quibus certe tam crebra est ueterum nominum immutato, ut in Germanicis quoq; scriptis uti eis & aures plebium ea nouitate turbare non uereantur, & quod uanius est, non raro literis Germanicis ab indocta plebe legendis admiscent uoculas hebraicis effigiatas literis, quarũ interpretationem non adijciunt, Quasi uero apud Germanos tam docta passim plebs existat ut hebraica scripta possit absq; interprete per sese legere & intelligere. Sed & ista ridicula uideri potest uanitas, q in Germanico textu effingunt sibi nouum Tetragrammaton Teuthonicum, scribentes nomen Domini ineffabile Quatuor maiusculis literis HERR. Id est Dominus, Cui frequentissime, maxime in prophetis, addunt hoc uocabulũ Zebaoth, quod nos hactenus Sabaoth pronũciauimus, Quoties itaq; in translatione Hieronymi legimus Dominus exercituum, Toties noui isti Germanici translatores scribũt HERR Zebaoth. Id quod sępissime faciũt in Esaia & in .xij. prophetis minoribus, Quasi Zebaoth sit uox germanica, aut à germanis uulgo intellecta, Nõ raro tamẽ ex Tetragramato suo Pentagrammaton facere cogũtur in casibus obliquis, ut dicant, nõ HERR (quod est recti casus) sed HERRN. quotiescunq; in obliquis loquuntur.

Mutant insuper omnia ferme prophetarum nomina, hactenus in Ecclesijs usitata, Dicentes pro Ezechiel Jeheskiel. Pro Micheas Mi

cha

cha: Pro Naum Nahum, pro Sophonia Zephania, pro Zacharia Secharia, pro Malachia Maleachi. Et hæc omnia faciunt maligna intētione, tum ut inde doctoires cæteris esse uideantur, tum ut futilem & inuerecundā Laicorum turbā per hoc cōcitent in odiū Catholici Cleri, ouesq; in pastores insurgere et superbire faciāt.

Pudenda plebeiorū in Germania præsumptio.

Innumeri enim sunt nunc in Germania Laici, etiā de infima fece plebis, quicunq; Teuthonice legere didicerunt, qui noua illorum Biblia legentes, credunt se omnibus Theologis scholasticis (ut uocant) in sacris literis longe doctiores. Unde fit, ut & mulieres non raro cū præsbyteris nostris ex nouis textibus istorū dispu tare prę sumant, nihili facientes in hoc uerba Pauli (quem alioqui nobis frequentissime obijciunt) ubi ait. Mulieres in ecclesijs taceant. Nō enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. Et alibi. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neq; dominari in uirum, sed esse in silentio. Noui autem Paulianistæ mulieribus suis ista uerba longe in alium detorquent sensum, quam sensit ipse Paulus & tota cum eo Ecclesia.

1. Co. 14. Genes. 3. 1. Tim. 2,

Adulatio nouorum translatorū ad Laicos.

Miseram itaq; confusionem atq; peruersitatem per nouas suas translationes in Ecclesias Christi, exufflata ueteri disciplina & obedientia, inuexerunt, tribuntes improba adulatione sæcularibus Principibus plenam

 in Clerum

in Clerum dominandi atq; etiã gladio animad-
uertendi potestatem. Vnde factum est, ut plæ-
riq; Principum Catholicos Episcopos eiece-
rint, Lutheranosq; instituerint, sicut fecerunt
olim Arriani Imperatores ac Reges, Et prin-
cipum exempla sequẽtes alij Laici, tanc uilius
& abiectius in dominijs suis tractant Catholi-
cos presbyteros, Monachos uero angue peius
oderunt ac detestantur etiam, quos & paruuli
eorum uelut monstra digitis demonstrant, irri-
dent atq; abominantur.

Dei uindicta in Cleri persecutores.

Nunquid uero Deus tanta seruorum suo-
rum (qui religiose publicis Ceremonijs ad al-
tare Dei & ad cultum diuinum deputati uncti
& consecrati sunt) oopprobria usq; in finem in-
ulta dimittet? Certe aliter docet Euangelium
secundum Lucam, ubi dominus ait, Dico au-
tem uobis, quia cito faciet Deus unidictam il-
lorum. Et facit profecto iam quotidie per ua-
ria iracundiæ suæ flagella, nunc per bella Tur-
cica, nunc per famem, nunc per pestilentiam,
nunc per ignotarum de longe aduolantium
dira locustarum examina, nunc per noxias
aquarum inundationes, & per omnes fere pla-
gas, quibus percussit olim Pharaonem & Ae-
gyptios.

Luc. 18.

Hi sunt igitur fructus pessimi nouarũ trãsla-
tionũ, quibus iã ultra xx. annos perpetuo tur-
batur Ecclesia Catholica, Quales ꝓfecto ne-
quaq; peperit trãslatio S. Hierony. cuius exẽ-

plo

pio suas frustra defendere conantur aduersarij nostri. Accedit & aliud malum ex eorū translationibus, quod cum omnes uanam gloriam ex eo labore suo quęrant, unus inuidet alteri, hinc & inter ipsos oriuntur discordiæ ac noua schismata, & tanta quidem, ut componi aut sedari per ipsos nequeant, etiam si sæpius componere attentauerint, Pars Zuinglium, pars Lutherum, pars Pacimontanum rebaptizatorem sequitur, pars eo dementiæ desperationisq; & cōtemptus dilapsa est, ut omnem Bibliorum scripturam reijciat, spiritum Dei & reuelationem patris cælestis uane iactitans. Nequaq; igitur ex Deo est ista translationum nouatio, & discordiarum seminatio. Non enim dissensionis, sed pacis est Deus spiritus sanctus.

Discordia iter ipsos nouarum sectarum autores.

Quod si ulla ex nouis translationibus acceptanda esset, utpote Lutheri (qui nouarum pręcipuus est autor Sectarum) non solum refutādæ essent antiquorum, ut lxxij. Interpretum & S. Hieronymi, sed etiam quorumlibet nouorum tum Catholicorum tum hæreticorum Interpretationes. Cumq; in ipso textu sit radix & fundamentum, super quod superædificātur Doctorū expositiones, oporteret reijci quoq; omnium antiquorum Ecclesiæ doctorum Cōmentarios, nēpe Athanasij, Basilij, Ambrosij, Augustini &c. qui ueteri innixi sunt interpretationi, Atq; ita omnium Ecclesiæ Doctorum libri, propter unius Lutheri aut Zuinglij Pelli-

canisue aut cuiusuis alterius noui Iudaizatoris nouum textum, essent (quod absit) reijciendi, eo quod nouo Bibliorũ textui nõ per oĩa consentirẽt.

Quid: quod oporteret etiã ex sacro Bibliorum Canone aliquot Autenticos (quales habẽtur tot sæculis apud oẽs Christi in toto orbe terrarum Ecclesias) libros, quos nimis audaci & impia censura reiecit ac segregauit ab alijs Lutherus, Veluti Apocalypsim Iohannis, Epistolam Iacobi, Epistolam ad Hebræos, & posteriorẽ S. Petri epistolam. Qualis & quanta foret hęc in vniuersa Ecclesia Dei confusio, si tam rabidis canibus daretur in prædã sanctissimus iste Ecclesiæ thesaurus, & tam nobiles spiritus sancti margaritæ tam immundis porcis, Dæmonumque habitaculis committerentur:

Scientia inflat. Charitas ædificat. 1. Cor. 8.

Quum igitur nõ ædificet improbus eorũ labor, eo quod nõ ex charitate neque ex recta intentione nascitur & procedit, Ideo nimis uerũ in eis apparet, quod ait Apostolus. Scientia inflat, charitas autẽ ædificat. Antea ædificabat charitas, quã unanimes eramus in domo Dei, & ambulabamus cum cõsensu in simplicitate cordis iuxta doctrinã antiquæ & tot sæculis approbatæ translationis, absque nouis hebraismi ostẽtationibus. Nunc ita inflat nouos trãslatores scientia & linguæ hebraicæ peritia (tametsi in plerisque magis uane credita ac temere præsumpta quàm in ueritate radicata) ut omnium Typographorum officinæ contentiosis eorũ libris excudẽdis sufficere iã nequeãt. Nemo

Nemo eorum clamat, Beati mites, Beati pa- cifici, sed dire intonãt omnes, Vę papistis, Væ Præsbyteris & Monachis. Quasi uero mox oĩm malorũ finis futurus sit, posteaq̃ Catho- lici sacerdotes & Monachi omnes oppressi & extincti fuerint, Cum interim nõ ignorent scri ptum esse in lege Domini, Vox sanguinis fra- tris tui clamat ad me de terra, Si ergo Episcopi præsbiteriq̃ & Monachi, reliquorum Christia norum per regenerationem ex uno & eodem baptismate (quod nemo negare potest) uere in Christo fratres sunt, quomodo non clamet san guis eorum & tam sanguinaria eorũ afflictio ad Deum (cui autoritate publica consecrati sunt) de terra? Sanguinẽ animarum uestrarũ (inquit dominus) requiram de manu cuncta- rum bestiarũ & de manu hominis. Quid aliud q̃ bestiæ sunt, qui tam irreligiose persequũtur uexant & irrident sacerdotes Dei altissimi? Ri dent nunc Lutherani nobiles atq̃ præfecti, qñ gemunt & queruntur Clerici, denegari sibi cẽ sus annuos ex quibus uiuere debeant pro la- bore & ministerio suo in cultu Dei, Quinetiam sacras uestes calices et omnia uasa sacri ministe rij sacrilego ausu diripi ac publice uendi sinũt. Et non cogitant illud Prophetæ, Væ qui prę- daris, nonne & ipse prædaberis? Væ qui sper- nis, nonne & ipse sperneris? In lege quoq̃ scriptnm est. Non denegabis mercedem in- digentis & pauperis fratris tui siue aduenæ

Gen. 4.
Gen. 9.
Esa. 33.
Deut. 24

quites

qui tecum moratur in terra, et intra portas tuas est, sed eadem die reddes ei præcium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam, ne clamet contra te ad dominum, & reputetur tibi in peccatum. Si ergo uere Euangelici essent, non ita surda aure

Luc. 10. transirent illud uerbum Domini, Dignus est operarius mercede sua, Item, Qui uos spernit me spernit. Et illud Apostoli ad Corinthios,

1. Cor. 9. Non alligabis os boui trituranti. Item Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt? Et qui altari deseruiunt, cum altari participant. Et illud ad Hebræos. Obedite præpositis uestris & subiacete eis, Ipsi

Hebr. 13. enim peruigilant, quasi rationem pro animabus uestris reddituri, ut cū gaudio hoc faciant, & non gementes. Hoc enim nō expedit uobis.

Nō expedit, sacerdotes facere gementes.

Vere nō expedit, uidemus enim omnia nūc apud Germanos deterius habere, & ultimo appropinquare exitio, posteaq̄ per nouas sectas adeo gementes & afflicti atq̄ despecti sunt sacerdotes Catholici & pauperes Monachi, qui Die noctuq̄ in hymnis & canticis Deum laudantes operantur & pro populo fideli orant.

Iac. 5. Ait itaq̄ S. Iacobus. Ecce merces operariorū, qui messuerunt regiones uestras, quæ fraudata est à uobis, clamat, & clamor eorum in aures Domini sabaoth introiuit. Sed uereor anxie,

1. Reg. 2. ne omnis ad illos admonitio frustra fiat, sicut legitur de filijs Heli Iudicis ac summi sacerdotis in

dotis in Israel. Et non audierunt uocem patris sui, quia Dominus uoluit occidere eos. Occidit autem eos Dominus gladio Philistæorum. Poterit profecto idem Dominus Lutheranos quoque similiter Turcarum occidere gladio, si pertinaciter in uiolento schismate suo perseuerauerint.

Videmus prohdolor manifeste nunc, quod prope ad radicem arboris securis iam posita sit. Nunquam uero ante has sectas nouosque scripturę translatores, tam propinque ceruicibus nostris Turcarum imminuit gladius. Docuit suos Lutherus, melius esse sub Turca quam sub Papa degere, Vereor equidem maxime, ne sero sapiant Germani nostri (sicut de Phrygibus adagium est) tamdiu rebellantes Papæ per Lutherum, donec tradantur à Domino in manus Turcæ, ut experiantur falsum esse quod asserit Lutherus. Intrat enim gemitus afflictorum sacerdotum & Monachorum, egentium & exulantium propter fidem Catholicam, in conspectu Domini, & Lutheranorum superbia ascendit semper. Humiliabitur ergo, quia os Domini locutum est, Omnis qui se exaltat, humiliabitur. *Luc. 14.*

Exitium Germaniæ per nouas sectas.

Non potest mihi non dolere pro patria (cui omne bonum, ut debeo, precor & opto) quod usque adeo pauci sunt, qui animaduertunt, quo Lutheri conatus tendant. Non alio profecto, quam ut à Deo diuisas per schisma & hæresim animas, tradat satanæ in æternos Gehennæ cruciatus,

ciatus, & Christianos à Papa. Id est ab ouium Christi pastore, diuisos per rebellionem & defectionem impiam, tradat in manus Turcę, qui nunc flagellum Dei est propter peccata nostra, sicut fuit olim Assur. De quo sic ait per os Esaiæ Dominus Deus. Væ Assur, uirga furoris mei & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea. Non propter Deum incepit Tragœdiam hanc Lutherus, nec propter Deum finietur, sicut palā dixit ipse, Lipsiæ cū D. Eckio (quē nobis fata nuper eripuerunt dolentibus) disputaturus, ante annos XXIII. Scripsit deinde publice, propter Euangelium suum totā Germaniam in ruinam ituram esse, quia nunq̄ antea tam clare prædicatum sit Euangelium Germanis. Sed & pro Turcis publice rogare ausus est, ne quis contra eos Principibus nostris auxilio sit. Romani præterea Imperij trāslationem à Græcis ad Germanos non ueritus est dicere maximum portentum. Scripsit item, Beata Gręcia, beata Bohemia, beati omnes qui se à Ro. Pontifice seperauerunt.

Esa. 10.

Hæc & id genus multa palam seditiosa scripsit Monachus desertor iste, non heri aut nudius tertius, sed ante XX. annos, Quid mirū igitur, si ea interim sequuta sunt mala, quæ oculis nostris nūc uidemus, & lōge adhuc maiora, quæ nobis iam imminent, haud temere timemus. Neq; enim ulla potest nobis superesse euadendi spes, q̄diu hæc schismata perdurāt, si enim

si enim in solo Deo salus est, & non in manu aut uirtute nostra. Deus autem in nullo uult esse schismate, cum non dissensionis sed pacis sit Deus, Quomodo effugiemus igitur hoc Dei Flagellum, Turcas, si non reconciliemur Deo per schismatis extinctionem? Plena est enim exemplis scriptura sacra de ira et uirga Dei aduersus schismaticos in Israel, quæ utique ad nostram doctrinam scripta esse testatur Apostolus, & illis in figuram contigisse, scripta autem esse ad correptionem nostram in quos fines sæculorum deuenerunt. 1. Ioh. 14 Ro. 15. 1. Co. 10

Ex quibus sane fiducialiter, non absque ingenti dolore animi concludo, nobis in Germania neque corporum neque animarum salutem certo sperandam esse, nisi nobis antea reconcilietur Deus per nouorum schismatum extinctionē. Id nisi factum fuerit, intra paucos annos (quod abominor & abhorreo) tam beata erit sub Turcis Germania, quam beata sub eis iampridem est Græcia. Huius beatitudinis ratio est Luthero, quod utraque se à Ro. Ecclesia seperauerit. Inuoluetur autem eidē beatitudini Bohemia quoque, quod & ipsa maxima ex parte à Ro. Ecclesia per pseudoprophetas suos est separata, sicut de ea lætabundus gloriatur Lutherus.

Sed longius à proposito digressus sum forsitan, & extra chorum (ut dicitur) saltasse uideor, Causa huius est charitas & anxia cura pro salute patriæ, Cui ualde sollicite à Turcis timeo Excusatio digreßionis.

timeo et tot animabus inæternum per schismata ista pereuntibus luctuose condoleo, atq; imperium Romanum (quod ultra D C. annos Germanorum in hoc mundo summa gloria fuit) per hasce nouas in religione nostra discordias sic in partes inter se diuisum esse ueris gemitibus lachrimisq; deploro, sciens æternæ ueritatis uerbum mentiri non posse. Omne regnum in se diuisum desolabitur. Principale autẽ propositum hic meum est, ostendere, nouas ex hebræo translationes scripturarum non ædificare in Ecclesia Dei, sed conturbare potius & offendere atq; scandalizare, fidemq; ueram in q̃q; plurimis, qui uiua corporis Christi (quod est Ecclesia) mẽbra erant, subuertere ac destruere, ne dicam extinguere ac funditus delere. Disputaui de hoc supra ad longum, & rem innumeris demonstrare liceret nouarum translationum exemplis. Quoniam uero infinitum foret, ex omnibus eorum, qui nunc transferũt, interpretationibus uarijs per oẽs ueteris Testamenti libros, discordiarum semina atq; fomenta, & uarietatum in textibus nouis dissonantias, commemorare aut in unum corpus, aut caput heteroclitum (ut sic dicam) colligere, Ex uno duntaxat Psalmorum libro (quo nullus est in Ecclesia Dei siue in lectionibus siue in canticis quotidianis notior, frequentior aut usitatior) nouarum translationum diuersitatem, & in paucis quidẽ locis breuitatis gratia, osten

Math. 12.

tia, osten

ostendere est animus, in nullius sane priuatim odium, sed in admonitionem eorum qui nondum pœnitus à peccatoribus istis absorpti aut recto iudicio exuti aut despoliati sunt.

De alia, quam hactenus in Ecclesia usi sumus, nominum propriorum pronunciatione, quam ex synagogis Iudæorum mutuantur & obtrudunt nobis Translatores noui, dictum est supra non nihil, et gaudeo, tam improbe affectatam nouitatem Zuinglio quoq; (qui uehemens alioqui Catholicorum hostis erat) displicuisse. Sicut igitur illi nō placebat, pro Esaias dicere Ieschaiahu, Ita nec mihi placet, dicere aut scribere pro Moses aut Moyses Moscheh, pro Samuel Schmuel, pro Salomon Schlomon &c. Deinde non probo Iudaicam imitationem in proferendis psalmorum numeris, quorum sane mutatione Iudaica conturbant lectores omnium Ecclesiæ Doctorum, tum Græcorum tum Latinorū. Omnes enim Doctores nostri uniformiter psalmorum numeros ponunt & allegant, secundum translationem LXX. Interpretum, sicut habemus in Biblijs nostris. Qua in re Hieronymus quoq; in commentarijs ubiq; suis, Ecclesiæ, non Synagogæ numeros in Psalmorum allegationibus obseruat. Prouenit ea diuersitas ex Nono Psalmo, quem Iudæi in Duos diuidunt, Eos sequuntur nūc Translatores noui, ut ueteribus uideantur Doctiores, Vnde non uerentur in

Nouitates nouorum in libro psalmorū

Variatio numerorum in Psalmis.

popula-

popularibus quocp sermonibus suis Iudaica peruersitate Psalmorum numeros allegare, Vt necessarium sit auditori, semper à Nono Psalmo propemodum ad finem usq Psalterij, in noua ista psalmorum allegatione unitatem recidere, & uno minus intelligere q̃ à nouis istis doctoribus allegatur. Verbi gratia Psalmum, quem Ecclesiastici Doctores dicunt Decimū, isti allegant vndecimum, Et quem nostri Vicesimum, isti Vicesimum primū uocant, Quē nostri Centesimum, isti Centesimum primum uocant, Et pulcherrimum atq prolixissimum inter omnes Psalmos, cuius initium est, Beati immaculati in uia, nostri CXVIII. isti CXIX faciunt, ubicp Synagogam potius q̃ Ecclesiā in scripturarum allegatione imitantes.

Pomerani Psalterium. Vnus tñ ex eis, Ioannes Pomeranus, hac in re ab alijs nouis discrepans, antiquos in Psalmis Ecclesiæ numeros in Psalterio suo conseruat, Quem sane Lutherus ipse tanti facit in præfatione, ut impudenti adulatione dicat, istius Psalterium spiritu Christi, qui est clauis Dauid, resignatum esse, quod suo ipsius argumento Lectorem cogat testificari, spiritum esse qui loquitur mysteria hæc, à tot sæculis abscondita. Is tamen permulta ibi docet, quæ Catholica reprobat Ecclesia, tanq̃ non Christi & ueritatis, sed Diaboli (qui mendax est et pater eius) atq erroris spiritu deprompta. Lutherus autem, qui in omnibus immodicus & hyperbolicus

esse

esse solet, amplius, laudans illum ita subiungit. Nam ut conferri possit tam priscorum q̃ recẽtium commentarijs, etsi odiosum est statuere, audeo tamen](inquit) dicere, à nemine (cuius extent libri) esse Psalterium Dauid explicatũ, esseq; hunc Pomeranum primum in orbe, qui Psalterij Interpres dici mereatur. Adeo cæteri fere omnes tantum opinionem quisq; suam, eamq; incertam, in hunc pulcherrimum librũ congessit, hic uero iudicium spiritus certum te docebit mirabilia. Hæc Lutherus, Cuius iudicio Pomerani Psalterium omnibus in toto mũdo præferri debet, tanq̃ certum spiritus Christi iudicium. In eo autẽ habentur numeri Psalmorum uniformiter cum Ecclesia, Nouorum igitur mutatio in Psalmorum numeris, non est à spiritu Christi, qui est Deus pacis & concordiæ, sed à spiritu erroris & discordiæ ex Synagoga Satanæ qui ubiq; dissensiones contra Ecclesiam suscitat atq; disseminat.

Impudẽs Pomerani sui laudator Lutherus.

Quanta uero sit in nouis Psalterij translationibus diuersitas & æmulatio, qua unusquisq; cæteris doctior hebraicæ linguæ uideri cupit, nimis longum foret, per singula huiusmodi uariationum atq; diuersitatum loca excurrere, et singulorum dissensiones indicare, Satis ergo sit commemorasse exempli causa, quanta sit inter ipsos translatores uarietas in primo & ultimo Psalmis, qui sunt omnium fere breuissimi.

Pomeranus. IN primo igitur Psalmo, sic habet Pomeranus, quem omnibus præfert Lutherus & primum in orbe facit. Beatus vir, qui non ambulauit in consilio impiorum &c. Concordat sane nostro textui in omnibus uerbis per totum hunc Psalmum, nisi quod in primo uersu, pro Abijt maluit ponere Ambulauit, & in ultimo uersu, pro iter posuit uia. Etsi commemorat, alicubi aliter haberi in Hebræo. Verbi gratia, Pro beatus uir, Beatitudines uiri. Et nõ reperi has uoces, Non sic, Nec haberi hanc clausulam, à facie uẽti. Ipse tamen maluit in his Ecclesiæ textum retinere.

Lutherus Lutherus autem Pater præceptorq; & Papa ipsius (qui cũ Vuittenbergæ uelut alter Moyses primum constituit ac fecit Episcopum) in Theutonica translatione sua aliter habet q̃ Pomeranus, licet huic spiritum Christi supra et ante omnes in Psalmis tribuerit. Sic. n. habet Bene huic, qui non ambulat in consilio impiorum, nec transit in uiam peccatorum, nec sedet ubi derisores sedent, sed habet desyderium ad legem Domini, & loquitur de lege eius die ac nocte. In cæteris concordat, nisi quod omittit ea quæ in hebræo non habentur. Et penultimum

mum huius Psalmi uersum sic transfert, Ideo non manent impij in iuditio, nec peccatores in Ecclesia iustorum, Quod sic exponit in glossa marginali, Non habebunt officia neq; alia's in Christianorum communitate manebunt, imò seipsos efflant, sicut à frumento palea.

Sequitur post hos Chonradus Pellicanus, ordinis quondam S. Francisci, In quo tam sancte conuersari uisus fuit, ut & uitæ integritate, & hebraicæ linguæ peritia celebris haberetur. Senex uero per Lutheri spiritum & Apostata, & inutilis maritus factus, apud fideles perdidit una cum fide opinionem sanctitatis. Cuius profecto uices non leuiter doleo, cum inter Lutheranos nullus eo uideatur uel stylo modestior placidiorq;, uel Ecclesiasticorum sensibus expositionibusq; propinquior attẽperatiorq;. Is igitur geminum ędidit psalterium. In priore plus iudaizans q̃ in posteriore, In hoc enim Ecclesiæ textum consuetum ubiq; retinet, in isto præsertim Psalmo, nisi quod minori calamo adiecit, ubi in Hebræo aliter habetur. In illo uero cum esset inconsyderatior adhuc, & spiritu defectionis aduersus Ecclesiam elatior, q̃ in posteriore, audatior ad mutandum fuit, sic enim exorsus est. O fœlicem eum hominem qui non ambulauit in consilio impiorum. In reliquis minus mutauit. Discordat itaque per hoc á semetipso, dum in uno Eccle- Pellicanus.

fiæ, in altero Synagoge textum prosequitur.

Memorabilis cōfessio Pellicani, de antiqua Psalterij translatione.

Dicit autem in præfatione posterioris Psalterij sui, eo se tandem studio & iudicio processisse, ut ante hac nunquam tam diligenter sensum Interpretis expenderit cum Dialectis ac tropis hebraicis. Siquidem prius tantum Grammaticam literalem curabamus (inquit), Nunc uero geminum captare sensum annixi, tanta dexteritate & eruditione & fide, Hebraico, quo ad sensum, concordare depræhendimus uulgatam æditionem Psalterij, ut eruditissimum pariterque pijssimum, & uere prophetali spiritu præditum fuisse Interpretem Grecum & Latinum non dubitem, quamque alicubi dissentiat à punctis hebraicis, quibus nunc Iudæi utuntur, quæ olim non fuisse similia, ambigere cogor, & quarundam literarum mutationem factam suspicio fit conferentibus singula diligenter. Hæc ille.

Nobis itaque hoc eius testimonium insolubile est argumentum & præiudicium contra omnes nouos Psalterij ex Hebræo translatores, quandoquidem clarissimis uerbis fateatur & affirmet, Interpretem Græcum & Latinum in uulgata æditione Psalterij (qua nos in Ecclesijs nostris utimur) eruditissimum pariterque pijssimum & uere Prophetali spiritu præditū fuisse. Dicant Lutherani quicquid uelint, manifeste constat omnibus, hunc Pellicanum in Hebraicis

hebraicis longe peritiorem diutiusq; in eo stu- dio uersatum esse, q̃ Lutherus est cum omni- bus Vuitẽbergẽsib. suis uersatus aut edoctus.

Quare fiducialiter ex his Pellicani uerbis cõ- cludo. Quicquid in uniuerso Psalterio à nouis translatoribus contra uulgatam ęditionem ex hebræo profertur, non ex prophetali spiritu sed ex suggestione Diaboli proferri. Hic enim pseudoprophetarum spiritus est. Qui & dissi- diorum contra Ecclesiam autor est, cõtra Chri stum, qui pro suis rogauit patrem, ut unum sint, sicut & ipse cum patre unum est. Nempe ut multitudinis credentium sit cor unum & a- nima una. Ille uero ut est pater mendacij, ita et dissenssionis est autor, Et sicut dixit olim ad do minum, Ego decipiam regẽ Achab, quia egre- diar, & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius, Ita & nunc egressus est idẽ discordiarũ fons, ut sit spiritus mẽdax in nouis istis ex hebręo translatoribus, ad decipiendum omnes, quicunq; à Ro. Ecclesia per nouas se- ctas deficiunt. Nihil igitur eis credendum est, ubicunq; receptis ab Ecclesia Bibliorum texti- bus Iudaica interpretatione aduersantur.

Cõclusio ex dictis Pellicani.

Ioh. 17.

1. Re. 22.

Post Pellicanũ sequitur Aretius felinus, hoc ẽ (ut nõnulli asserunt) Martinus Butzer, frater olim ordinis S. Dominici, qui dũ Monachus esset, satis cõmendabilis uidebatur, Per Lutheri uero spũm subuersus, lĩguarũ peritia, quã ĩ Mo nasterijs didicerat abutẽs, Ecclesię filios multis

Aretius Felinus.

nouitatibus contra Pauli interdicta conturba-
uit atq; ſcandaloſe offendit uertiginoſo Luthe
ri ſpiritu peruerſus, quamq̃; perſæpe in multis
à Luthero poſtea diſſenſit palam, adeo ut aper
tæ inter ipſos eſſent inimicitiæ, fœdæq; crimi-
nationum inuectiuæ, uſq; adeo nuſq̃; ſibi con-
ſtat aut conſentit per omnia diſcordiarum ſpi-
ritus.

Pellicani iudicium ſibi ipſi contrariũ

Nam & Pellicanus in ſuo de huius uiri Pſal-
terio iudicio, non admodum ſibi conſtat. Ait
enim in Prologo poſterioris in Pſalmos ædi-
tionis ſuæ ſic. Magna autem parte imitati ſu-
mus ſententias, ſed & uerba Neoterici illius,
Aretij felini, quiſquis is fuerit, certe eruditi, pij,
& diligentiſſimi interpretis et commentatoris.
Vtinam & in alijs libris Canonicis tam dex-
trum ductorem aſſequi licuiſſet. Hæc ibi in eo-
dem, quo ſuperius allegata, prologo Pellicanus
ubi tantum (ut dictum eſt) vulgatæ æditioni
tam Græcæ q̃; latinæ tribuit, ut prophetali ſpi
ritu utramq; factam non dubitet. Cum autem
Felinus iſte in tranſlatione ſua tam longe à
vulgata receſſerit, eiq; in plæriſq; contrarius
& diuerſus exiſtat, ſequitur hinc utiq;, Felini
tranſlationem non eſſe prophetali ſpiritu fa-
ctam, quia ſpiritus prophetalis non eſt diſſen-
ſionis ſed pacis unitatis & concordiæ Deus.
Textus itaque Felini huius ita habet in Pſal-
mo primo.

Beatus

Beatus ille, qui consilijs improborum non accesserit, nec instituto flagiciosorũ uixerit, & cum maliciosis societatem nõ inierit,
Sed in institutione Authophyis animũ suũ habet, eãq; die & nocte cõmentatur.
Habebit is instar arboris in irriguis satæ, quæ in tempore fructum suum reddit.
Et folijs est nunq̃ in arescentibus. Nam quicquid egerit, fœlix erit & faustum.
At secus improbi, ij siquidem quisquilijs similes erunt, quas dispellit uentus.
Quare improbi in iudicium producti, haud quãq; consistent, neq; stabunt flagiciosi in comitijs iustorum
Etenim uita iustorũ curę est Authophyi, uita autem improborum disperibit.

Hæc Felinus in textu. In commentario autẽ sic incipit primum uersum, fœlicia illi uiro qui non iuit in consilio improborum. Sic uero recitat ultimum uersum. Quoniam nouit Autophyes uiam iustorum, & uia peccatorum peribit. Et mox subdit. Via iustorum, uita & institutum iustorum est. Hos Deus ut suos agnoscit fouetq;. Ideo & uita & omnes actiones eo-

rum ei curæ sunt. Cōtra autem reprobis dicit. Amen dico uobis, non noui uos. Hoc est, Inter meos nunꝗ habui. Hinc necesse est, ut uita horum, omneq; quod instituerint, tandem disperear, utcunq; ad tempus uideantur florere, posseq; multa.

Ex his sane patet, hunc felinum præcipue studiosum fuisse nouandi & immutādi textus, cōtra consuetā per tot sæcula in omnibus Catholicorū ecclesijs lectionē, Adeo ut nō erubuerit, per uerborū elegantiā magis Paraphrasten & Rhetorē plerūq;, ꝗ fidū interpretē linguęq; hebraicę translatorē agere & pręstare. In ultimo itaq; uersu huius psalmi. In textu quidem dicit uita, In cōmentario autem uia, Cum tamen in hebræo alia sit uox quæ uitam, alia quę uiam significat. In primo quoq; uersu, ut sit singularis, mauuit dicere, Beatus ille, ꝗ Beatus uir; Cum tamen omnes fateantur, hic in hebraico haberi uir, non ille.

Autophyes. Affert præterea ex capite suo nouum & omnibus Ecclesijs Christi incognitum & inauditum Dei uocabulū Authophyes. Quo uult in Gręco idē significare quod Tetragrāmatō in hebręo, Sed quis ei hanc nouādi autoritatē dedit? Certe Iudæi tā religiose utuntur ineffabili dei uerbo, Iehoua, Quod à Quatuor literis Tetragrammaton dicitur, ut nefas existiment, illud in papyro scribi. Ideo in Biblijs suis Papyraceis, non Iehoua, sed Iedoua scribunt, data opera sec

pera secundam literam (ne uox illa integre scribatur) mutantes, Necp tamen pronunciant aut legunt Iehoua aut Iedoua, sed Adonai, sicut in translatione nostra legimus in Exodo, ubi ait Dominus. Et nomen meum Adonai non indicaui eis. Felinus autem per græcum uocabulũ Autophyes alludere uidetur ad illud, qđ ad Moysen in rubo ardẽte dixit Dñs. Ego sum qui sum, sic dices filijs Israel, Qui est, misit me ad uos, sed ante hunc felinũ, neminẽ tã audacẽ fuisse scio, qui Deum dixisset Autophyem, in ulla Bibliorum translatione. Recitat quidem uocabulum hoc Lactantius, at non suis, sed Apollinis, Demonij & falsi Dei, uerbis.

Exo. 6.

Exo. 3.

Lactantius lib, 1. c. 7.

Munsterus.

Post hunc felinum, non solum psalterium sed totum Instrumentum uetus noua translatione ex hebræo ędidit Sebastianus Munsterus, ordinis eiusdem cuius fuit Pellicanus, Qui etsi non uulgariter in Mathematicis atcp in lingua hebraica peritus uideatur, Attamen cum & ipse Romanæ Ecclesiæ desertor, & Zuinglianæ sectæ sectator factus sit, non possumus translationi eius secure fidẽ habere, aut eam in Ecclesijs nostris Catholicis admittere, tancp certã & approbatã, Quantũuis gloriosũ de ipso pręmittatᷓ in p̃fatione p̃coniũ, In hęc sane uerba, In uetere Testamẽto fidelẽ opam nauarũt uiri aliquot Illustres, inter quos primũ locũ merito obtinet, eruditissimus & pijssimꝰ uir

D. SE-

D. SEBAST. MVNSTERVS. Qui ueteris Testamenti uersionem latinam ad ueritatem Hebraicam, excussis etiam alijs interpretibus & hebraeorum cōmentatoribus codicibusque emendatis, fide optima, diligentia summa, et sudoribus inaestimabilibus elaboratam nobis dedit &c. Ego quidem huius uiri eruditioni nihil detractum uolo, sed labores eius haud iniuria suspectos habeo, Cum simul cum ordine S. Francisci fidem quoque & religionem mutauerit, ex Catholica Ecclesia ad Zuinglij sectā deficiens, Supponit nobis in hac sua translatione nouos Tobiae & Iudith libros, quos antea ignorauimus nos & patres nostri atque etiā Antiqui Ecclesiae Doctores, Subornauit & antea nouum in hebraeo Euangelium secundū Matthaeum, quod ipse potius effinxisse, quam ex ulla Bibliotheca recepisse haud immerito existimatur. Quandoquidem multi Ro. Pontifices per magno precio illud redempturi fuissent, siquis uerum & certum attulisset. Fateor tamē Munsterū in psalmis minus affectate nouitates quaesiuisse quam fecerunt nonnulli alij. Primum itaque psalmum sic transtulit.

Beatus uir, qui non ambulauit in cōsilio impiorum, et in uia peccatorum non stetit, & in consessu derisorum non sedit. Sed in lege Domini uoluntas eius, & in lege

lege eius meditabit die ac nocte. Et erit sicut arbor plātata iuxta riuos aquarum, quæ fructū suum dabit in tempore suo. Et foliū eius nō maraescet, et omne quod faciet, prospere faciet. Non sic impij sed (mouentur ad malum) sicut palea, quam dispellit uentus. Propterea non resurgent impij in ipso iudicio, sicut et peccatores in cœtu iustorum. Dominus autem nouit uiam iustorum, & iter impiorum peribit.

Hi sunt ergo præcipui in nouis sectis translatores, quorum mihi psalteria uidere contigit, sunt & ex Catholicis nonnulli, qui plus Iudeorum q̃ Christianorum in Biblijs Canoni textuiq; tribuere uidentur, De quibus sane etsi nō ea suspicari debeo quæ de Lutheranis et Zuinglianis suspicor, Attamen & eorum nouitates probare non possum, quia & ipsi per eas plus destruere q̃ ædificare uidentur in populo Dei, dum lectorem nouo textu conturbant & de ueteri ambiguum reddunt, atq; etiam de nouo propter translationum diuersitatem dubitare compellunt. Vnus enim ait sic, *Alij textuum nouatores.*

Beatitudines uiri, qui non ambulauit in consilio impiorum. Alius sic. Beatum hominem, qui non adit consilia impio-

Modis omnibus beatus est ille uir, qui nõ secutus est consilium eorũ qui sine certa lege uiuunt, Neq socius fuit eorũ qui studio faciunt male, Multo minus eo dementiæ peruenit, ut impostorum illi uita placuerit &c.

Quid obsecro opus erat, post uulgatam & Hieronymi editiones, tam diuersam ac multiplicem textuum uarietatem in lucem ædere atq in medium proferre? Vulgaræ æditioni laudem & approbationem tribuit etiam Pellicanus, qui noster amplius non est, Heronymi In hebraicis eruditionem tota comprobat Ecclesia, & Ecclesiarum pręcipua Romana, Quis uero eis æquiparare ausit aut uerecunde possit nouas nouorum hominum (quorum nomina nequaquam per uniuersum orbem nota & famigerata sunt, sicut fuit celeberrimum nomen Hieronymi) ex hebræo translatores? Et tantum de primo psalmo.

DE VLTIMO Psalmo.

Pomeranus. IN psalmo ultimo nihil mutat in textu de translatione ueteri Pomeranus, In expositiõe uero maligne sugillat pietatem nostrã, qua

qua sanctos in coelo cũ Christo regnantes honoramus et inuocamus, At dictũ est supra ex Monodia Gregorij Naziãzeni, antiquissimã esse Ecclesiæ consuetudinem, sanctorum festa celebrare, eorumq; opem implorare. De hoc alibi disputatum est.

Lutherus quoq; parum mutat in textu suo de textu nostro. Nisi q in primo uersu non in sanctis, ut nos, sed in sanctuario legit, Et in ultimo uersu, pro eo quod nos dicimus, Omnis spiritus, ipse ait, Omne quod anhelitum habet, Laudet Dominum.

Cæterum post finem libri psalmorum, ad lectorem sic subiungit. Siquis curiose sapere uelit ac dicere, nos psalterium nimis longe à uerbis abstraxisse, is apud seipsum sapiat, & hoc Psalterium nobis irreprehensum dimittat. Nos enim scienter id fecimus, & omnia sane uerba, aurea expendimus trutina, & omni cum diligentia ac fide in Germanicum transtulimus, Affuerunt quoq; satis multi homines docti, Sinimus tamen & prius Germanicum Psalteriũ nostrũ permanere, propter eos, qui desyderãt uidere nostrũ exemplũ et uestigiũ quo modo interpretãdo propius ac ꝓpius accedit. Prius. n. psalteriũ germanicũ in multis locis est Ebræo propinquius & longius á Germanico. Istud uero est Germanico ꝓpinquius et Ebræo longius. Hæc Lutherus, maior in

Iactantia Lutheri de duplici Psalterij translatione à se facta.

Germanico

Germanico q̃ in hebræo Theologus, Cuius uariata translatio merito derogat & suspectam facit fidem peritiamq; transferētis, Iuxta illud

Iac. 1. S. Iacobi, Vir duplex animo, in constans est in omnibus uijs suis, Etenim de mutata à seipso Psalterij translatione, leuitatem ac dedecus suū proprio prodit ore.

Duplex eiusdem æditio Bibliorum. Quam impudenter uero discordauerit à seipso in translatione sua duplici, In Quinq; libris Moysi, alijsq; prophetis, probe scimus Pastor Dresdēsis Theologiæ doctor, Petrus ysenbergius & ego, qui iussu pij & Catholici Principis, Ducis Saxoniæ GEORGII sanctæ ac sempiternæ memoriæ uiri, utriusq; translationis exemplaria ad inuicem contulimus, tanta sane erat uariatio, ut præ fastidio uix bene Tres paginas conferendo perlegere potuerimus, Cōtra quam sane Interpretationem amplum & laboriosum opus ędidit linguarum egregie peritus Georgius Vuicelius, ubi innumeros illius Lapsus & memorat & confutat. Quis ergo credat glorioso Thrasoni huic, quod impudēter gloriatur (ut dictum est supra) se clarius & maiori cum fide uetus transtulisse Testamentū q̃ transtulit Hieronymus? In tanta enim uariatione non potest esse neq; magna fides neq; opus spiritus sancti. Ait enim Christus, sit ser-

Matth. 5. mo uester Est Est, Non Non. Et Paulus, fidelis autem Deus, quia sermo noster, qui fuit apud

2. Cor. 1. uos, non est in illo Est et Nō, sed est in illo Est.

Non

Non est igitur tutum, huiusmodi translatoribus, qui heri sic, hodie, aut cras aliter transferũt habere fidem.

Pellicanus in posteriori translatione recitat textum nostrum, In priore aut hebreizat plus satis, multa preter necessitatẽ uerba textus nostri mutans, sic enim habet. *Pellicãus*

Laudate Deũ in sanctitate eius, Laudate eum in extensione fortitudinis eius. Laudate eum in fortitudinibus eius, Laudate eum secundum multitudinẽ magnitudinis suæ. Laudate eum in clangore tubæ, Laudate eum in nablo & Cithara. Laudate eum in tympano & choro, Laudate eum in cymbalis auditionis, laudate eum in cymbalis honoris, laudate eum in cymbalis iubilationis, Omne quod spirat Laudet Deum, Halleluia.

Felinus. Felinus autem adhuc longius á textu nostro recedit ac dissonat, sic transferens.

Laudate EXISTENTEM, laudate præsidentẽ in sacrario suo. Laudate eum regnantem in æthere, sede potentiæ suæ. Laudate eum pro uir-

tute eius. Laudate eum pro ampla mag-
nitudine eius. Laudate eum cum clango-
re buccinarum, Laudate eum cum fidi-
bus & cithara. Laudate eum cum tym-
pano & tibia, Laudate eum organo & fi-
stula, Laudate cymbalis sonoris, Lauda-
te eum cymbalis clangētibus, Quicquid
est præditum spiritu, Laudet EXI-
STENTEM, Laudate EXISTEN-
TEM.

Munste-rus. Munsterus aliquanto propius nostro acce-
dit in translatione sua textui. Sic enim ait.

Laudate Deum in sanctitate eius,
Laudate eum in firmamento potentiæ ei-
us, Laudate eum propter fortitudinē ei-
us, Laudate eum iuxta excellentem mag-
nitudinem eius. Laudate eum in clango-
re tubæ, laudate eum in nablo & cithara.
Laudate eum in tympano & choro, lau-
date eum in chordis & organo. Lauda-
te eum in cymbalis sonoris, Laudate eū
in cymbalis clangentibus, Omnis spiri-
tus laudet Dominum Halleluia.

Quid

Quid obſecro boni aut ædificationis conſe quitur lector ex nouis ījſce uſq; adeo uariatis & diuerſis translationibus? Certe ſi ei pla= cuerint, putabit Eccleſiā hactenus per M. D. annos in ueteri erraſſe. Hæc autem ſiue ſuſpi tio ſiue opinio non poteſt eſſe non impia in ſponſam Chriſti, quam Paulus columnam & firmamentum ueritatis eſſe affirmat. Neq; tamen cordato lectori ſic placere poſſunt trāſ= lationes iſtorum, ut firmiter eis credat, cum uideat ipſos inter ſeſe uariare, & unum atq; eundem à ſemetipſo quoq; in gemina diſcre= pare translatione. Ait autem Sanctus Hiero= nymus in prologo Ioſue, V tiq; non poteſt ue= rum eſſe quod diſſonat. Quid igitur ex ījs ali= ud ſequitur quam illud Pauli ad Corinthios, Litera occidit, ſpiritus autem uiuificat. Etenim ſpiritum uiuificantem extra Eccleſiam ne= mo habet. Dum igitur curioſe ex hebræo literam inquirunt, & contra Eccleſiæ tot ſæ= culis approbatam lectionem, mutant, augēt, minuūt, inuoluunt, uertiginoſo diſcordiæ ſpiritu, fit & ipſis, quod Iudæis iampridem factum eſſe credimus, ſicut Pſalmiſta ait.

Nihil ædi ficant no= uæ tranſ= lationes.

1. Tim. 3.

2. Cor. 3.

Pſal. 68.

V t fiat eis menſa eorum (hoc eſt, ſcriptura ſacra, quam ad animarum refectionem pa= rauerat eis Deus) in laqueum, & in retribu= tiones & in ſcandulum, Atq; obſcurentur ocu li eorum ne uideant.

Quomodo utiliter uersari oportet in literis sacris.

Scientia igitur hebraicæ literæ inflati, perdunt & spiritum uiuificantem & charitatem ædificantem, dum plus credunt Synagogæ satanæ quam Ecclesiæ Catholicæ, apud quam manet, iuxta Christi promissionem, in æternum spiritus ueritatis, qui & uulgatam ęditionem prophetaliter .lxx. Interpretibus indidit, ut sepe dictum est supra, Manendum est igitur nobis constanter circa textum ueteris translationis, ut de literali sensu (quem noui translatores in dubium & suspicionem male reuocant) nihil dubitantes, spiritualem sensum inde colligamus, non ad uanam gloriam ingenijq; ostẽtationem per superbiam, sed ad proximi ædificationem per charitatem, & ad uberiorem uitæ frugem per spiritualia sanctæ contemplationis exercicia. Vt sugentes mel de petra oleumq; de saxo durissimo, superædificemus aurum & argentum lapidesq; pręciosos, innitentes certę & approbatę literę fundamento, Hoc sane et doctoribus et plebi magis proderit atq; conducet, quam per nouas translationes quęrere in spinis uuas & ficus in tribulis Iudaicæ peruersitatis, quam plæriq; approbantes, infœlici labore suo nouum ex Iudæorum libris parant sibi literæ fundamentum, & unitatis spiritu amisso, super ædificant in cortice nouæ literæ lingna fenum & stipulas, quæ per schismatis impietatem ardebunt usq; ad Inferni nouissima.

Securius

Securius igitur fuerit, magisq́; pium & animarū saluti proficuū, Literā sacrę scripturę uniformiter, iuxta Ecclesiæ potius q̄ Synagogæ Canonem, legere atq́; intelligere, & posito super eam firmo approbatę translationis fundamento, pię & pacifice superędificare sensus morales ad proficiēdū in uijs Dñi per bona opera uirtutū, ac mysticos ad illuminationem intellectus in mysteriorū cōtemplatione, Iuxta illud Psalmistę. Lex domini immaculata, cōuertens animas, Testimoniū domini fidele, sapientiam pręstans paruulis. Hoc inquā sacræ scripturæ studiū (quod sanctissimi pariter atq́; doctissimi patres antiqui, Irenæus, Cyprianus, Basilius, Ambrosius, Augustinus, Gregorius, Bernardus &c. prosecuti sunt ac fœlicissime in Ecclesijs practicarūt) longe fructuosius ac laudabilius est, q̄ famę quęrēdę gratia & contradicēdi ei aduersus antiquos patres studio, nouas ex hebręo proferre translationes atq́; etiā expositiones literales, per quas & gloria Christi obscuratur (nā Rabini persępe de Dauid aut Salomone aut alio rege suo exponunt permulta, quæ longe uerius de Christo intelligenda sunt) & lectoris animus magis dubius quam certus redditur. Atq́; ut aperte quod sentio proferam, longe magis afficior ad pietatem ex commentarijs & expositionibus, Ambrosij in Lucam, Chrysostomi in epistolas Pauli, Augustini in Euangeliū Iohannis, Gregorij in Iob & in Ezechielē,

Quale debet esse sacrarum literarum studium.

Psa. 18.

Curiositas in diuersis trāslationibus.

chielem: atq; Bernardi in psalmum. xc. & in Canticum Canticorum, qui secundum textũ Ecclesię uelut certũ & unicũ super sensum literalẽ pulcherrimas morũ & mysteriorũ consyderationes afferunt ac superędificant: q̃ affi-cior ex S. Hieronymi expositionibus in pro-phetas, qui dũ prolixe de uarijs translationi-bus diuersis elicit lectiones & sensus literales, morũ et mysteriorũ succũ parcius ꝓfert, dũq; in litera aridi corticis folliculos et plicas am-pliter et laboriose discutit ꝑ hebraicas trãslatio nes, In moralibus et mysticis sensibus animũ le ctoris minus interim pascit et afficit, Cũ sit alio qui in Epistolis suis moraliũ uirtutũ & pietatis Christianę potẽs ac magnificus ꝓdicator & ad monitor. Exẽpli igitur gratia, diuersas nouorũ translationes adduxi in ultimo & breuissimo psalmo, In cuius expositionem illi curiosius li-teralem q̃ moralem aut mysticum sensum ex-ponunt, cũ modico (ut mihi uidetur) ędificatio nis fructu, magis ad Iudeorum q̃ ad Christia-norum consyderationem respicientes. Ego au tem longe magis probauerim expositionem quam nostri afferunt, Augustinus, Cassiodo-rus, Remigius & id genus alij, qui de hebrai-co textu & de Rabinorum expositionibus ni-hil solliciti, iuxta approbatum Ecclesiæ textũ, ad Christi cognitionem populiq; ædificatio-nem omnia retulerunt, Quod & Arnobium illis uetustiorem in breui expositione sua pul-

Expositio ultimi psalmi catholica.

chre

chre obseruasse uideo. Qui hunc psalmum in primo uersu simpliciter de sanctis, non de sanctitate nec de sanctuario (ut noui isti faciunt,) exponit. Laudamus (inquit) Dominum in sanctis suis, quando eorum imitamur exempla, sequimur monita, regulam obtinemus. Laudamus eum in firmamento uirtutis eius, cum firmum fidei nostræ agonem ostendimus, Et sicut sancti contempserunt pœnas, hostes uisibiles, Ita nos inuisibilis hostis delectationes ingestas abijcimus. Laudamus eum in sono tubæ, cum quod in aure audiuimus, si tempus exigeret, super tecta positi exclamamus, non timentes eos qui occidunt corpus. Laudamus eum in psalterio & cithara, si in cithara lignum crucis amplectamur, & in psalterio confessionem Catholicam teneamus. Raucum enim sonat quod Catholicum non probatur. Hæc breuiter ab Arnobio dicta, lectorem melius Euangelice docent ac pietatis Christianæ admonent, quam faciunt omnes nouorum expositiones ex Rabinis curiose quæsitæ & uane ad Ingenij ostentationem, insertis etiã absq; Interpretatione hebraicis quibusdam uocibus, cum fastu animi adductæ. Ego itaq; nõ tantum antiquos Doctores supradictos præfero nouis istis longissime, uerum etiã Ludolfi Cartusiensis expositionem Centuplo utiliorem lectori crediderim quam sint omnes

per Arnobium.

hebraizantium commentarij. Is enim breuiter pios & simplices psalmorum sensus ubiq; obseruat & eruit, ad cordis deuotionem & mentis puritatem inde comparandā. Ait igitur sic.

Per Ludolfū Carthusiensē

Psalmus de inuitatione omnium beatorum ad laudandum Deum in seipsis iam glorificatis pro gloria beatitudinis misericorditer collata eis. Ecce psalmi scopum. Subditur.

Laudate dominū in sanctis eius. Laudate eum in firmamento uirtutis eius.

Autor psalmi propheta Dauid, Titulus huius psalmi, sicut superiorum, est, Alleluia. Id est Laudate Dominum. Inde enim incipit, Materia, laus Dei in sanctis iam glorificatis & beneficium glorificationis tanq; causa laudis. Intentio, monere fideles, ut uehementi desyderio anhelent peruenire ad locum gloriæ, scilicet beatitudinis æternæ, ubi iugiter sine fine ualeant corde & ore Deum laudare. Sententia in generali, ꝓpheta, quibus in principio huius libri rectæ conuersationis formam ostendit, iam in illa cælesti Hierusalem receptis, dicit in illis laudandum esse Deum, quia omnia eis dedit. Sententia in speciali. Propheta ergo in sanctis iam glorificatis monet Laudare Deum. Laudate uos omnes beati & fœlices Dominum, scilicet Deum Trinum & unum, In sanctis eius, quos iam glorificauit.

Id est,

Id eſt, pro eis quæ ſanctis ſuis, ſcilicet uobis dedit. Laudate eum in firmamento uirtutis eius, quia firmauit eos uirtute impoſſibilitatis & immortalitatis, Id eſt, pro eo quod omni infirmitate ſublata firmamentum his æternæ uirtutis inuexit, & eos uirtute ſua ita firmauit, ut amplius mori nõ poſſint. Laudate eum in uirtutibus eius, quia eos duplici uirtute decorauit. Id eſt, pro eo quod mortem conſumens, immutabilis uitæ gloriam his tribuit, et ſecum in ęternum regnare fecit. Laudate eũ ſecundum multitudinem magnitudinis eius. Id eſt, aſſidue & ſine fine, ſicut non eſt finis magnitudinis eius, Vel quia multos numero, & magnos meritis eos fecit. Seu quia multiphario honore diſtinctas manſiones eis deputauit. Laudate eum in ſono tubæ. Id eſt laudate eum ut regem, qui uos in bello ueſtro contra Diabolum fortiter pugnare & uincere fecit. Tuba enim terribilis uel in bello ſumitur, uel in aduentu regum apparatur. Laudate eum in Pſalterio, Id eſt, ut Deum ſummum, qui uobis de cælo legis mandata implere præſtitit, & uos ſummos fecit. Pſalterium enim in laudibus Dei ſonat, & à ſummo ſonum reddit. Et in cithara. Id eſt, ut ſponſum, qui uos mortificatos carne, uiuificauit & ab imis liberauit. Cithara enim ſponſo cantat, & neruis extenſis ab imo ſonat. Vnde in tuba Rex eſſe ſignificatur, in Pſalterio Deus, in Cithara ſponſus.

Spiritualis uſus Tubæ, Pſalterij, & Citharæ.

Reliquos quoq; uersus ad eundem modum exponit, quos hic studio breuitatis omitto. Puto enim ex iam dictis satis constare, quanto clarius magisq; apposite ac pie exposuerit hunc Psalmũ Ludolfus Monachus, simplex & Hebraicæ linguæ ignarus, imperitus sermone sed non sensu, quam exposuerunt, Pomeranus & Felinus, quorũ alioqui explanationes Psalmorum Lutherus & Pellicanus maximi faciunt, ut dictum est. Ego uero uel breuissimam Arnobij explanationem maioris facio quam omnes omnium Lutheranorum Zuinglianorũq; libros & commentarios, quantumuis uerborum ornatu comptos & linguarum ostentatione turgidos. Quod si nimis iniquum uideatur, tam multis opponi atque etiam præferri à me unum eumq; hoc æuo nostro non admodum celebrem, De quo id solum refert de illustribus uiris Hieronymus, quod sub Diocletiano Principe Siccæ apud Aphricam florentissime Rhetoricam docuerit, scripseritq; aduersum gentes, quæ uulgo extent, uolumina. Sed nostro tempore illa non uulgo extant, neq; quicquã Arnobij haberemus, nisi eius breuem in Psalmos explanationẽ euulgasset nobis Erasmus Roterodamus, cui gloriam inuidẽt Lutherani. Liberum uero per me sit alijs, frui unumquemque iudicio suo.

Arnobius

Mihi sane magis placent paucissima Arnobij uerba super primum uersum primi Psalmi quam

Breuis expositio

quam prolixi et uerbosi commentarij illorum, qui primum Psalmum in multa folia extendūt, Pomeranus in Quatuor, Felinus in quater Quatuor. Pro quibus omnibus elegerim ego hæc Arnobij uerba. Primus (inquit) Psalmus unde scit beatitudinem perisse, inde recuperat. In consilio impiorum abijt Adam, id est, in serpentis & mulieris. Et nunc Adam noster, id est Consensus noster, beatus erit, si non abierit in consilio serpentis & mulieris, id est in consilio carnis & Diaboli. Aut si abierit, non ibi stet, si steterit, non sedeat, id est nō permaneat, sed memor legis Dei, ibi suam occupet uoluntatem, & diuturnam & nocturnam actionem suam in meditatiōe diuinę legis exerceat, Vt hoc qđ Adam perdidit contemnendo, iste custodiendo inueniat. Hæc Arnobius, Lactantij præceptor, ut ait Hieronymus. Et tantum de primo & ultimo psalmis, qnantum ad translatio tionis uariationem attinet. Multa præterea est uariatio & commentatio noua super Psalmū CIX. contra antiquum Ecclesiæ textum, Vbi non solum in uerbis, sed etiā in sententijs magna reperitur diuersitas. Operæ precium igitur fuerit, de isto quoq; non nihil disserere, ne uidear sine causa nouas reprehendere translationes.

eius super primum Psalmū.

De Psalmo CIX.

De hoc

DE hoc Psalmo magna scripserunt præconia pleriq; Doctores nostri, atq; etiã translatores noui, qui in plurimis alioqui nobis Ecclesiæ filijs aduersantur. Nam & Lutherus magnis eũ celebrat laudibus, adeo ut affirmet: In tota scriptura nihil esse par huic Psalmo, proinde merito haberi eum tanq; præcipuum ad fidem Christianam confirmandã, Quia Christus nusq; alibi tam claris uerbis per Prophetas Rex & sacerdos inæternum dictus sit, per quem & sacerdotium Aaron tollatur, sicut in epistola ad Hebræos amplius declaratur.

Lutherus de sacerdotio & sacrificio Christi cõtrarius sibi ipsi.

Ipse olim in hunc Psalmum ædidit cõmentarium, per quem sane magnum sibi fauorem conciliauit. In quo & egregiam iuxta piamq; hanc scripsit sententiam. Quid est (inquit) q; Melchisedech panem & uinum obtulit pro Abraham? Ibi expressit sacerdotium Christi in hoc tempore usq; ad nouissimum diem, quod absconditum sacramentum altaris sacri corporis & præciosi sanguinis sui offert in Ecclesia. Hæc Lutherus inter Tragœdiæ suæ initia, At paulo post, publicus Ecclesiæ hostis factus, cœpit & negare & blasphemẽ detestari istud in Ecclesia tam sacerdotium q; sacrificium & oblationem altaris, eumq; in hoc scelere ac impio errore sequuntur omnes Lutherani Zuingliani, Suermeri & Anabaptistæ, quibus omnibus una est blasphemiæ uox & opinio, Missam

non esse

non esse sacrificium & oblationem, nec ullum esse in nouo testamento sacerdotium externũ, sed unctos sacerdotes nihil aliud esse q̃ laruas & Idola rasa sacerdotesq; Baal.

Hinc prolixe ille apud Heluetios disputationes, Badensis & Bernensis, in quibus acerrime contenderunt Zuingliani, non obtulisse Melchisedech panem & uinum pro Abraham, ut iam supra dixisse ac docuisse Lutherum ostendimus, in suo super hunc Psalmum commentario. Cuncti igitur sectarij nunc peruertunt genuinũ huius Psalmi sensum de Christi sacerdotio secundum ordinem Melchisedech, etiã si uerba textus ibi non mutent, Mutant tamen in alijs quibusdam huius Psalmi uersibus non solum sensum sed etiam uerba. Quoniam uero longum foret, singulorum interpretationem ex hebræo sigillatim recitare. Vnius hic Felini textum ex integro recitasse sufficiat. Eius .n. Psalterium à plerisq; præfertur cæteris. Ait ergo sicut.

Disputationes Badensis & Bernẽsis.

Dixit Autophyes Domino meo, sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedibus tuis. Proferet Autophyes e Zion potens imperium tuum, exerce potestatem in medio hostium tuorum. Populus tuus aderit spontaneus in die quo uirtutem tuam declarabis, in

Textus Felini.

urbe

urbe, sancto splendore insigni, ut ros matutinus, aderit ab utero iuuentus tua, Autophyes iurauit, nec pœnitebit eum. Tu es sacerdos inæternum iuxta rationem Malcizedek. Dominus ad dexteram tuam, cædet tempore iræ suæ reges. Exercebit iuditium in gentibus, replebit omnia cadaueribus, cędet caput terre amplę De flumine in uia bibet, propterea extollet caput suum.

Hæc Felinus, quē in hebraicis Luthero doctiorem esse nemo dubitat, Quoniam uero in uno duntaxat huius Psalmi uersu magna est nouorum translatorum & inter se ipsos diuersitas, & à textu nostro dissonantia, non abs re fuerit, eorum uerba super eo uersu sigillatim recensere, Vbi nos habemus.

Tecum principium &c.

Diuersitas Translatorū in uno uersu

Lutherus itaq; in Germanico suo Psalterio (in latino prius utebatur nr̄o textu) sic habet. Post uictoriam tuam offeret tibi spontanee populus tuus, in sancto decore, filij tui nascentur tibi, sicut ros ex aurora.

Pomeranus uero, quē in Psalterij explanatione omnibus præfert Lutherus, hic in textu lōge magis nostro q̄ Lutheri sui textui concordat, sic enim habet.

Tecum

Tecum principatus in die uirtutis tuæ in splendoribus sanctorum tuorum, ex utero ante Luciferum genui te.

Pellicanus autē in priore Psalterij æditione sic interpretatus est.

Populus tuus oblationes liberales in die uirtutis tuæ, in decoribus sanctitatis, ex utero auroræ tibi ros generationis tuæ.

In posteriore autem æditione nostrum per omnia textum in hoc uersu recenset atq; amplectitur, nisi qđ falso dicit, latinos perperā interpretatos esse Principium pro Principatu.

Felinus, quem præ alijs commendat Pellicanus iste, aliter habet q̄ habet ipse in utraq; æditione, cuius uerba, ut propius conferendo inspiciantur, repeto ex supradictis. Ait enim.

Populus tuus aderit spontaneus, in die quo uirtutem tuam declarabis, in urbe sancto splendore insigni, ut ros matutinus aderit ab utero iuuentus tua.

Munsterus, qui literarum hebraicarum studiosissimus habetur, in noua translatione sua sic habet.

Populus tuus spontanearum est (uoluntatum) in die exercitus tui, in magnificētijs sanctitatis, ab utero auroræ est tibi ros natiuitatis.

Sunt

Sunt prętterea & alij in sectis nouis Psalmorum translatores, quorum obscurius est nomē q̄ ut recensione dignum uideatur. Hi sex magnæ sunt inter eos existimationis, uelut Rabini quidam. Ideo doctrinam eorum dissimulare aut prætterire non licuit, ne se contemptos putent. Quamq̄ mihi tutissimum uidetur, solius Ecclesiæ textum & memoriæ cōmendare & secundum antiquorum declarationes intelligere atq̄ populo exponere. Ad quid enim prodest, tam uarias unius textus translationes proponere? Nonne melius magisq̄ ædificatorium est unicum potius textum, quem approbauit Ecclesia, post sensum literalem, moraliter & mystice per allegoricas & anagogicas considerationes in spiritu charitatis, recte ac solide ex approbatis autoribus declarare? Ita certe olim factum fuisse comperimus, quando melius q̄ nunc & intus & foris proficiebāt homines uere Christiani, qui magis succum spiritus & medullam mysteriorum q̄ corticem literæ, & uerborum folia in sacris literis perquirebāt. Videamus igitur, quanta cum ubertate & fructu declarauerit olim hunc pœnitentis Psalmi uersum S. Augustinus in suis super totū Psalterium ad populum sermonibus, & cessemus aliquando à tam inutilibns ex hebræo translationibus nouis, quæ præter sensum literalem nihil habent, & per uariationes suas in textū sensum quoq̄ literæ dubium reddunt, dū ambigit

Vnica translatio plus prodest q̄ prosunt diuersæ.

bigit

bigit lector, Cui nam translationi potius assentiatur & credet, Quamq; nulli securius ac iustius credere possit quam ei, cuius textu utitur Ecclesia, columna ueritatis.

Expositio S. Augustini.

TEcum principiũ in die uirtutis tuæ. Post multa, quæ iucundissima simul & pijssima de Christo consyderatione præmittit hic Augustinus, ita infert, ad sensum literæ declarandum propius accedens. Videtur ergo mihi fratres (inquit) quantum nostræ capacitati dominus impartiri dignatur, de ipso tempore (si tamen dicendum est tempus) quodam enim tempore uenturi sumus ad non tempus. Inde mihi uidetur dictum, quod sine præiudicio dicam, si quis intelligere aliquid melius, expeditius, probabilius possit, Inde mihi uidetur dictum. Tecum principium in die uirtutis tuę. Deniq; hoc, quantum puto, uersu consequente satis explanat. Quia enim & hic dicta est uirtus eius, qua subiecit gentes iugo suo, qua strauit populos, non ferro, sed ligno, etsi in carne, etsi in humilitate, etsi adhuc quantum seruilis forma patitur, capitur, tamen magna uirtus eius. Quia quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Quia ergo & hic dicta est uirtus eius quam commendauit dicendo. Virgam uirtutis tuæ emittet dominus ex Syon, & dominaberis in medio inimicorum tuorum. Quanta

Virtus Christi duplex.

1. Cor. 1.

enim uirtus eius, dominans in medio inimico-rum suorum perstrepentium, nihil contra eum ualentium, & quotidie sibi dicentiũ. Quando

Psal. 111 morietur & peribit nomen eius. Cũ crescat gloria eius per populos. Cũ eius nomini subijciantur gentes, Cũ peccator uideat & irascat. Dentibus suis frendeat & tabescat. Quia ergo est & hæc uirtus eius, uolens ꝓpheta cõmendare aliter uirtutẽ eius, sicuti est uirtus Dei & sapientia Dei, Christus in lumine ꝑpetuo incõmutabilis ueritatis. Ad quam uisionẽ seruamur, ad quã uisionem differimur, ad quã uisionẽ fide mundamur, à qua uisione tollitur impius, ne uideat honorẽ Domini. Hoc ergo uolens ostendere.

Tecum principiũ Tecum (inqt) principiũ in die uirtutis tuæ. Quid est, Tecũ principiũ? Quodlibet pone principium, si ipsum Christũ, potius diceretur,

Iohan. 8. Tu es principiũ, quam Tecũ principiũ. Respondit .n. interrogantibus. Tu quis es, & ait. Principiũ qui et loquor uobis. Cũ sit principiũ & pater. De quo unigenitus filius. In quo principio erat uerbũ, quia uerbũ erat apud Deum. Quid ergo? Si & pater principiũ, & filius principiũ, Duo sunt principia? Absit, sicut .n. pater Deus & filius Deus. Pater enim & filius non duo Dij sed unus Deus, sic pater principiũ & filius principium, pater aũt & filius non duo sed unũ principiũ. Tecum principium. Tunc uideberis quomodo tecum sit principiũ. Non

enim

enim & hic non tecum principium. Non enim, cum dixisti. Ecce itis quisq; ad sua & me solū relinquitis, sed nō sum solus quia pater mecū est. Et hic ergo tecū principium. Dixisti. n. & alibi. Pater aūt in me manens facit opera sua. Tecum principium, nec unquā separatus est à te pater, sed quando uidebitur tecū esse principiū, tunc manifestū erit omnibus similibus iam tibi factis, quoniā uidebūt te sicuti es. Etenim hic Philippus te uidebat & patrē quærebat. Tūc ergo uidebitur quod nūc credit. Tūc tecū principiū, uidentibus sanctis, uidētibus iustis, sublatis de medio impijs, ne uideant gloriā dn̄i. Modo ergo credamus fratres, qđ tunc uideamus. Nam & Philippus obiurgatus est, qđ quereret uidere patrē, cū in ipso filio nō agnosceret patrem. Tanto tēpore uobiscū sum & nō cognouistis me? Philippe, q uidet me uidet & patrē, sed me uidet qui nō formā serui in me uidet. Qui ergo me uidet, qualē me abscondi timētibus me, qualem me uidendū perfitio sperantibus in me, uidet & patrē. Sed quia ista uisio post erit. Nunc pro illa quid habebimus? uideamus quid dicat Philippo, cui dixerat. Qui me uidet, uidet & patrem. Quasi ei Philippus tacitus responderet. Et quomodo te uidebo, si aliter uideris quam forma serui? Aut quomodo te uidebo et patrem, ut inualidus homo mortalis, puluis & cinis? Conuersus ad eum, differens uisionem, imperans fidem, qui dixerat, Qui

 me uidet,

me uidet, uidet & patrem. Quia multum erat ad Philippum, & longe erat ab eo uidere. Non credis (inquit) quia ego in patre, & pater in me est? Quod uidere nondum potes, crede ut uideare merearis. Cum ergo uentum fuerit ut uideamus, tunc apparebit, Tecum principium in die uirtutis tuæ. Virtus uirtutis tuæ, non uirtus infirmitatis tuæ. Quia ibi uirtus uirtutis tuæ. Habent nunc homines in fide, in spe, in charitate, in bonis operibus uirtutes suas, sed ibunt à uirtutibus in uirtutem, Tecum ergo principium. Videberis cum patre in patre, ut pater tecum principiū in die uirtutis tuæ. Illius uirtutis tuæ, quam impius non uidebit. Nam & hoc infirmum tuum fortius est hominibus. Etenim in die uirtutis tuæ tecum principium. De qua uirtute dicis? Expone. Quia & hic, ut dictum est, nominata est uirtus eius, cū emittitur uirga uirtutis eius ex Syon, ut dominetur in medio inimicorum suorum. De qua uirtute dicis?

In die uirtutis tuæ.

In splendore sanctorum.

In splendore sanctorum, In splendore (inquit) sanctorum. De ipsa uirtute dicit, quando erunt in splendore sancti. Non quando adhuc terrenam carnem gestantes in corpore mortali atq; corruptibili, degentes & gementes, quod aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Cum ipsę cogitationes inuicem non uidentur. Non hoc est in splendore sanctorꝝ. Sed quid est in splendore sanctorum? Donec ueniat dominus, & illumines

minet abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit cogitationes cordis. Et tunc laus erit unicuiq; à Deo. Hoc erit in ſplendore ſanctorum. Quia tunc iuſti fulgebũt in regno ſui patris ſicut ſol. Audite enim quid ſit hoc in ſplendore ſancto- rum. Veniet inquit meſſis, ueniet finis ſæculi. Mittet pater familias angelos ſuos, & colligẽt de regno eius omnia ſcandala, & mittent eos in caminũ ignis ardentis. Tunc iuſti fulgebunt ſi cut ſol in regno patris ſui. In quo regno? Vi- dete ſi uiſio quædam ſeruatur, de qua nobis dictum eſt. Tecum principium. In quo regno? utique in uita æterna, Nam ad dexteram poſi- tis hoc dicturus eſt. Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum eſt ab orgine mundi. Deinde damnatis impijs, ſe- gregatis iuſtis atque laudatis, quid ſequitur quod dixerat, Percipite regnum? Tunc ibunt impij in combuſtionem æternam. Iuſti autem In uitam æternam. Quod dixerat regnum, hoc dixit uitam æternam, Quo non ibunt impij. Videte ſi quædam uiſio eſt uita æterna. Hæc eſt autem uita æterna, ut cognoſcant te ſolum uerum Deum & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ, quia tecum principium in die uirtutis tuæ. Er- go tecum principium in die uirtutis tuæ, in ſplendoribus ſanctorum. Sed hoc differtur, hoc poſtea dabitur. Quid nunc?

Ex utero ante luciferum genui te. *Ex utero ante luci-* Quid hic? ſi Deus filium habet, nunquid & uterum?

ferum genui te. uterum? sed sicuti carnis corpora non habet, quia nec sinum, dictũ est tamen. Qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Quid est autem sinus? ipse est uterus. Et sinus & uterus pro secreto positus est. Quid ex utero? ex secreto, ex occulto, de me ipso, de substantia mea, hoc est ex utero. Quia generationem eius quis enarrabit? Accipiamus ergo patrem dicentem ad filium. Ex utero ante luciferum genui te.

Ante luciferum. Quid est ergo Ante luciferum? Lucifer pro syderibus positus est, tanquam à parte totum significante scriptura, & ex eminenti stella omnia sydera. Sed ista sydera quõ facta sunt? Vt sint in signis & in temporibus & in diebus & in annis. Si ergo & in signis & in temporibus posita sunt sydera, & lucifer nominatus est pro syderibus. Quod est ante luciferum, hoc est ante sydera, & quod est ante sydera, hoc est ante tempora. Si ergo ante tempora, ab æternitate. Noli quærere. Quando, Aeternitas non habet quando. Quando & aliquando aduerbia sunt temporum. De patre non est natus in tempore, per quem facta sunt tempora. Dictum est ergo, ut dici oportuit, figurate & prophetice. Vt & uterus pro secreta substantia, & lucifer pro tẽporibus poneretur. An uultis ut ipsum Dauid respiciamus, qui dñm suum dixit filium suum? Vt .n. hoc diceret, audiuit à dño suo. Ab illo audiuit, á quo falli non potuit. Et dixit iam dominum suũ, quia Dixit (inquit) Dñs domino meo,

Alia expositio de generatione temporali.

meo, sede à dextris meis. Et ipse loquitur, ipsius quasi sermo contextus est. Si ergo ipse loquitur, forte ipse potuit dicere. Ex utero ante luciferum genui te. Ex utero uirginali. Ante luciferum genui te ex utero. Si enim illa uirgo, ducens propaginem de carne Dauid, ex illo utero natus est Christus, tanquam ex utero genitus à Dauid. Ex utero, quo masculus non accessit. Ex utero prorsus proprie. Ex utero quia solus ex solo utero. Ergo ex utero inquit ille, qui eum Dominum suum dixerat. Ex utero ante luciferum genui te. Et hoc ipsum ante luciferum, signate dictum & proprie dictum, & sic impletum. Noctu enim natus est Dominus, ex utero uirginis Mariæ. Indicant testimonia pastorum, qui uigilias exercebant super gregẽ suum. Ex utero ante luciferum genui te. O tu domine Deus meus, sedens ad dexteram Domini mei: Vnde & filius meus, nisi quia ex utero ante luciferum genui te?

Iurauit Dominus & nõ pœnitebit cũ. Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.

Ad hoc enim natus ex utero ante luciferum, ut esses sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, si natum ex utero de uirgine intelligimus, ante luciferum noctu, sicut Euangelia cõtestant, pcul dubio inde ex utero ante luciferũ, ut esset sacerdos in æternũ secundum

Christus sacerdos, non ut á patre, sed ut à matre genitus.

dum ordinem Melchisedech. Nam secundum id quod natus est de patre, Deus apud Deum, coæternus gignenti, non sacerdos, sed sacerdos propter carnem assumptam, propter uictimã quam pro nobis offerret, à nobis acceptam. Hæc Augustinus ad populum.

Quid ergo habent Rabini siue Iudaici siue pseudochristiani, quod tam piæ copiosæ eruditæ ac profundæ ueteris textus nostri expositioni iure obijcere queant? Quid simile habent in expositionibus suis? Videant ergo, quã inique reprehenderint latinos, qui legunt in hoc Psalmo, Tecum principium. Quorum uerborũ tam piam & uberẽ explanationẽ diuinitus protulit S. August. qui cautissime profecto absq; omni errore & hæresi, atq; etiã copiosissime ex fontibus Euangelij & dictis Apostolicis declarauit omnia de Chr̃o, quomodo sit principiũ, qualis eius uirtus, quod splẽdor sanctorũ, quõ ex utero sit genitus ante luciferũ. Et q̃dem sub duplici sensu, secundũ duplicẽ Chr̃i naturã & generationẽ. Vt uerissime de Augustino intelligi q̃at qđ Chr̃us in Euãgelio ait. Qui credit in me, flumina de uentre eius fluent aquę uiuę. De nouis aũt et Iudaicis translatoribus rectius intelligitur cõqueri Dñs per os Hieremiæ dicẽs. Me dereliquerũt fontẽ aq̃ uiuæ, & foderũt sibi cisternas dissipatas q̃ cõtinere nõ ualent aquas. Nõ sunt igit̃ aquæ uiuę in dissipatis nouarum translationũ cisternis & lacunis, ubi p̃uertunt̃

Flumina aquæ uiuæ.
Iohan. 7.
Hier. 2.

uerba

uerba & ſenſus .lxx. Interpretum, quos per ſpiritum ſanctū tranſtuliſſe Catholica credit Eccleſia, Sciebat utiq; ſpiritus ſanctus, q̄ eiſdem literis in hebræo ſcribitur. Tecum & Populus tuus, ſed uoluit per .lxx. potius Tecum q̄ Populus tuus Interpretari, quia altior & uberior eſt ſenſus in his uerbis. Tecum principium q̄ in illis, Populus tuus ſpontaneus.

Quod igitur nouæ translationes, quæ à ueteri textu diſſident, non ſint ex ſpiritu ſancto, cōſtat ſane multipliciter, Tum quia neq; inter ſeſe concordant, Verbi gratia, Pomeranus ponit hunc pſalmum ſub numero CIX. ſicut nos ponimus, ſicut & mea habent Biblia hebraica in Italia excuſa. Lutherus uero & alij ſub numero. CX. Item Pomeranus ponit in textu tecum principatus, alij Populus tuus ſpontaneus. Item unus ait, Populus tuus offeret tibi ſpontanee, alter Populus tuus oblationes liberales, alius, Populus tuus aderit ſpontaneus, Alius deniq;, Populus tuus ſpontanearum eſt Addit Lira ex alia trāslatione, Populi tui principes. Item unus ait, In ſancto decore, alius in ſplendoribus ſanctorum tuorum. Tertius in decoribus ſanctitatis. Quartus in urbe ſancto ſplendore inſigni. Quintus, in magnificentijs ſanctitatis.

Diſſonantia inter nouos translatores.

Item Pomeranus ait nobiſcum, Ex utero ante luciferum genui te, Lutherus aūt ſic. Filij tui naſcētur tibi ſicut ros ex aurora. Pellicāus ſic.

Ex utero auroræ tibi ros generationis tuę. Fe-
linus sic, Vt ros matutinus aderit ab utero iu-
uentus tua. Munsterus autem sic. Ab utero au-
roræ est tibi ros natiuitatis tuæ. Ecce diuersi-
tatem ipsorum usque adeo multiplicem in uno
huius psalmi uersiculo, Quantum igitur diuer-
sitatum pelagus credendum est inter eos reperi
ri posse, si totius instrumenti ueteris textus in
eorum translationibus adinuicem cōferrentur
in singulis uersibus? Non igitur ex spiritu
1. Co. 14. sancto potest esse tanta dissenssio, quia non dis
sensionis sed pacis est Deus, ut ait Aposto-
lus.

Impietas nouorum de sacerdotio & sacrificio secundum ordinem Melchisedech.

Cæterum in uersu proxime sequenti, Iura-
uit Dominus &c. conueniunt quidem in textu
& inter se & nobiscum, sed in expositionibus
suis longissime recedunt à sensu totius Ecclesię
Catholicæ, & summa cum impietate negant
Christum obtulisse secundum ordinem Mel-
chisedech, Non queror hic de uaria uocabuli
unius pronunciatione, quod unus ait Melchize-
dek, alius Melcizedec. Tertius Malcizedek, po
test enim hæc curiositas tam facile contemni
quam repræhendi. Verum quod contra uni-
uersam Ecclesiam negant Christi sacrificium
in pane & uino secundum ordinem Melchise-
dech, & per hoc impie reijciunt & abolent Mis
sam & altaria atque etiam sacerdotium externū
in nouo testamento, hoc tantum scelus eorum
nullis

nullis potest Lachrymis digne deplorari, Quis uis autem supra ex uerbis Lutheri manifeste constet, quod Melchisedech obtulit panem & uinnm pro Abraham, Ipse tamen nunc una cũ omnibus Lutheranis, Zuinglianis & Anabaptistis negat Melchisedech aut Christum uspiam panem & uinũ obtulisse, Necq; tamen possunt ostendere omnes isti Missarum oppugnatores & abolitores, quidnam aliud obtulerit Melchisedech, Quem utiq; obtulisse aliquid necesse est, cũ fuerit sacerdos altissimi, Omni autem sacerdoti conuenit offerre, ut ait Apostolus ad Hebręos, Necq; uero in alia q̃ in panis et uini oblatione gessit Typum Christi Melchisedech. Accedit & Arnobij, antiqui sub Diocletiano Doctoris sententia super hunc uersum de sacerdotio Christi, Quæ sic habet. Non ergo (inquit) sicut damnabilis fotinus credit, ex Mariæ partu sumpsit exordium, sed ante Luciferum est ex patris ore progenitus, Hic qui per mysterium panis & uini sacerdos factus est in æternum secundum ordinẽ Melchisedech, qui panem & uinum solus obtulit in sacerdotibus dum Abraham uictor reuerteretur de prælio.

Quapropter omnes sancti Pontifices, quorum plæriq; martyrio & sanguine suo hanc de Missæ sacrificio ueritatem Ecclesiæ attestati sunt, alium q̃ habent noui translatores de Melchisedech sensum habuerunt, & in Ecclesijs suis docuerunt. E quibus sane Cyprianus insignis Cypri. li. 2. epist. 3.

insignis Martyr & Pontifex ita scripsit ad Cæcilium. Item in sacerdote Melchisedech sacrificij dominici sacramentum præfiguratum uidemus, secundum quod scriptura diuina testatur & dicit. Et Melchisedech rex Salem, protulit panem & uinũ, fuit autem sacerdos Dei summi, & benedixit Abraham. Quod autem Melchisedech typum Christi portaret, declarat spiritus sanctus in psalmis, ex persona patris ad filium dicens. Ante luciferum generaui te, Iurauit Dominus & non pœnitebit eum. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Qui ordo utiq; hic est, de sacrificio illo ueniens & inde descendens, ꝙ Melchisedech sacerdos Dei summi fuit, ꝙ panem & uinum obtulit, ꝙ Abraham benedixit. Nam qui magis sacerdos Dei summi, q̃ Dominus noster Iesus Christus, qui sacrificium Deo patri obtulit? Et obtulit hoc idem quod Melchisedech obtulerat, Id est, Panem et uinum, suum scilicet corpus & sanguinẽ. Et circa Abraham benedictio illa pręcedens, ad nostrum populum pertinebat. Et post pauca. Vt ergo in Genesi per Melchisedech sacerdotem benedictio circa Abrahã possit rite celebrari, præcedit ante imago sacrificij in pane & uino scilicet constituta. Quam rem perficiens & adimplens dominus, panem & calicem mixtum uino obtulit, Et qui est plenitudo, ueritatem pręfuguratæ imaginis adimpleuit. Hæc Cyprianus.

Melchisedech panẽ et uinum obtulit.

Et eo

Et eo antiquior Martyr iidem & Pontifex, Alexãder Papa in decretali quadã epistola adhuc clarius de hoc altaris sacrificio (quod noui translatores iam sero negant & blasphæmant) ante M.CCCC. annos in hęc uerba disseruit. In sacramentorum quoq; oblationibus quæ inter missarũ solennia Domino offeruntur, passio Domini miscenda est, ut eius, cuius corpus & sanguis conficitur, passio celebretur. Ita ut repulsis opinionibus superstitionũ, panis tantum & uinum aqua permixtum in sacrificio offerantur. Non debet enim (ut á patribus accepimus, & ipsa ratio docet) in calice domini aut uinum solũ aut aqua sola offerri, sed utrumq; permixtum, quia utrumq; ex latere eius in passione sua profluxisse legitur. Ipsa uero ueritas nos instruit, calicem & panem in sacramento offerre, quando ait. Accepit Iesus panẽ & benedixit, deditq; discipulis suis &c. Et post modicum. Idcirco & passio eius in his commemoranda est, qua redempti sumus, & sæpius recitanda, atq; hæc Domino offerenda. Talibus hostijs delectabitur & placabitur Dominus, et peccata dimittit ingentia. Nihil enim in sacrificijs maius esse potest q̃ corpus & sanguis Christi, Nec ulla oblatio hac potior est, sed hęc omnes pręcellit, quæ pura conscientia Domino offerenda est, & pura mente sumenda, atq; ab omnibus ueneranda, Et sicut potior est cæteris, ita potius excoli ac uenerari debet. Hæc ille.

Verba Alexandri Papæ & Martyris.

Impietas nouornm cõtra cultum sacramenti corporis & sang. Christi.

ille. Quid ergo habent noui Bibliorum translatores & explanatores, quod iuste tantis opponere queant sanctorũ Martyrũ pariter atq; Põtificũ, & quidẽ antiquissimorũ testimonijs? Ipsi quidẽ et per se grauissime peccãt, et multos Aquilonis populos peccare faciũt, cõtra summũ istud sacrificiũ atq; sacramẽtũ, cui9 cultũ et honorẽ ita exufflãt, ubicũq; p̃dominãtur eorũ sectę, ut neq; in tẽplis offerre Deo, neq; extra tẽplũ ad ęgrotos per plateas exportare, neq; in processionibus circũferre cũ honore et deuotione liceat, Nũquid uero tã horrẽda ipsorũ impietas et blasphęmia, ppetuo inulta pmãebit? Nõ credo equidẽ. Viderit Saxonia, quę has nouas doctrinas, apud se ortas, in orbẽ disseminauit. Certe ex pprio lutheri sui ore iudicari poterit, In cuius cõmẽtario sup hũc psal. cix. hęc uerba pplata sunt in publicũ. Quid est (ut supra quoq; recitauimus) q Melchisedech panẽ et uinũ obtulit p Abrahã? Ibi expressit (inquit) sacerdotium Chr̃i in hoc tẽpore usq; ad nouissimũ diẽ. Qd' absconditũ sacramẽtũ altaris sacri corporis et pręciosi sanguinis sui offert in Ecclesia.

Et Petrus Galatinus, Ordinis S. Francisci, (quem ego Romę ante exortam Lutheri sectã uidi) In opere suo, quod. xij. libros complectitur multa ex uetustis Iudęorũ Rabinis, ijs pręsertim, qui Christi, Domini nostri, aduentum pręcesserũt, testimonia recitat de Christi sacerdotio & sacrificio in noua lege, quæ impie ac maliciose

ac maliciose negant hodie nouarum sectarum Pseudo Christiani, In Decimo igitur libro inter multa alia (quæ breuitatis gratia omitto) sæpiuscule citat uersũ unũ ex Psal. quẽ nos . lxxi. Iudæi. lxxij. dicunt, In hæc sane uerba. Erit placenta frumenti in terra in capite mõtium. Vbi nostra translatio sic habet Erit firmamentum in terra, in summis montium. Quamuis uero Liranus expositor putet, hic deprauatam esse à scriptoribus translationem uulgatam, ut pro frumento per errorem scripserint firmamentum, Catholici tamen expositiores nostri pulcherrimas de christo sententias per hanc uocẽ, firmamentum, declarant, Augustinus, Cassiodorus, Remigius. Ludolfus. Nempe quod Christus est firmamentũ omniũ quæ prophetæ (qui montes dicuntur) de ipso prædixerunt, sicut ipsemet ad discipulos post resurrectionẽ suã in Euãgelio dixit. Oportebat. n. impleri (inquit) omnia quæ scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me. Potest alia transltaio in pio sensu admitti, præsertim cum & Hieronymi ex hebræo translatio eum sensum præseferat. Quæ sic habet. Erit memorabile triticum in terra, In capite montium. Felini & aliorum nouorum translationes non moror, Qui iuxta recentiorum Rabinorũ Iudaicas expositiones plus hic de Salomone quàm de Christo seu Messia loquunt. Malo sane sequi & amplecti ea, quæ Augustinus, Cassiodorus & alij sancti

Galatinus li. 10. c. 4

Luc. 24.

Nouorũ translatorum expositio Iudaica.

patres

patres hic sentiunt, quod quae Felinus recitat ex Rabinis impijs in Christum, quales sunt Rabi Salomon, Aben Ezra, Dauid Kimhi &c. Quę uero Galatinus ex uetustioribus affert, lectu digniora uidentur. Nam & Rabi Salomonem ex proprijs ipsius uerbis ibi reprehendit, Quae sic habent. Magistri nostri bonae memoriae, exposuerunt, hoc esse genus placentarum in diebus Messiae, & totum psalmum de rege Messia explanauerunt. Ipse uero de rege Salomone totum perperam exponit. Recte igitur reprobatur. Quemadmodum & Lira reiecta hic fatua Iudaeorum opinione (dicentium, quod in aduentu Messię, quem stulte adhuc expectant uenturũ, frumenta crescent in tanta altitudine, in quanta sunt cedri Libani) exponit hunc textum de sacramento Eucharistiae, in quo Christus continetur ubique in Ecclesijs, sub specie panis Triticei, propter quod se comparat grano frumenti Ioh. 12. c. Et ideo hic dicitur. Erit frumentũ. Id est, Eucharistiae sacramentũ, In terra in summis montium, Quia Episcopi & sacerdotes, qui in Ecclesia Dei sunt quasi montes, super capita sua eleuant hoc sacramentum. Haec Lira.

Nicolai de Lira expositio

Rabi Ionatha in Targum.

Galatinus quoque ex translatione Chaldaica (quae Targum dicitur) Rabi Ionathae, sic recitat hunc uersum. Et erit sacrificium panis in terra, in capite montium Ecclesiae. Et addit. Eam translationem etiam ab hebręis crebro allegari. Et ex libro hebręorum, qui Kibucim (id est,

Collectio-

Collectionem)dicitur, ista superaddit prędicto uersui ex Chaldæo interpretato. Videat q̃ habet oculos, quod sicut dictum est, Ille est Messias de quo loquitur totus psalmus. Cum ergo ait. Et erit placenta frumenti in terra in capite montium, uult dicere, quod placenta panis fiet sacrificium in capitibus sacerdotum qui sunt in Ecclesia. Hæc ibi.

Et mox in sequenti capite, alium recenset idẽ Galatinus Rabinum antiquũ, nomine Mosen Hadarsan, Qui super textum hunc Gen. 14. Et Melchisedec rex salem protulit panem et uinũ, sic ait. Hic Melchisedec erat Sem filius Noæ, Et quid docet dicendum, cum ait. Protulit, uel produxit, panem & uinum: Rabi Samuel, filius Nahman dixit, Sententias sacerdotij tradidit. Erat enim ipse sacrificans panem & uinum Deo sancto & benedicto, sicut dictum est ibidem, Et ipse erat sacerdos Dei altissimi, Locus quippe quandoq; iustificat habitatores suos. *Rabi Moses Hadarsan.*

Allegat præterea & alium ex uetustis Rabinum, Pinhas filium Iair, Cuius hæc sunt uerba. Tempore Messiæ omnia sacrificia cessabũt & sacrificium panis & uini nunq; cessabit. Sicut dictum est Gen. 14. cap. Et Melchisedec, rex Salem, excepit panem & uinum, Melchisedec. Id est, rex Messias. Dicitur autem Melchi. i. Rex quia est rex totius mundi. Et sedec. i. Iusticiæ, Quoniam mittet iustitiam suam & *Rabi Pinhas filius Iair.* *Melchi. rex meus*

gratiā ſuper uniuerſum orbem, ſicut dictū eſt
Nobis eſt pſalm. lxxxv. Veritas de terra germinabit, et
pſal. 84. iuſtitia de cœlis uidebitur. Rex ſalem, hoc eſt Hieruſalem ſupernę, Excepit panem et uinum hoc eſt, Separabit à ceſſatione ſacrificiorum ſa
Nobis eſt crificium panis & uini, ut dictum eſt pſal. CX.
pſal. 109 Tu es ſacerdos in æternum ſecundum uerbum Melchiſedec.

Rabi Iohai. Deinde mox alium allegat Rabinum, nomine Iohai, quem per multos annos Chriſtum anteceſſiſſe affirmat, ſic dicentem. Tēpore Meſſiæ omnia ſacrificia deficient, ſacrificium uero panis & uini nunquam deficiet, ſacrificium quidem uini, ſic ſcriptum eſt Gene. xlix. Ligans ad uitem ciuitatem ſuam id eſt corpus ſuum. Corpus enim ciuitas eſt animæ. Item alibi ſcriptum eſt. Iud. ix. Nunquid poſſum deſerere uinum meum, quod lætificat Deum & homines. Etſi homines quidem lætificat, Deo autem in quo lætitiam affert? In ſacrificio quod de ipſo fiet. Sacrificium uero panis nunquam defecturum eſſe, ex eo apparet, quod dictum eſt pſalmo. lxxij. Et erit placenta frumenti in terra in capite montium. Hæc Rabi Iohai.

Rabi Cahana. Item ex alio, nempe ex Rabi Cahana, aliud profert teſtimonium, in hæc uerba, ſuper illud quod nunc nūc ex Geneſi recitatum eſt. Hæc uerba (inquit) Ligans ad uitem ciuitatem ſuam, oſtendunt, quod ſacrificium quod fiet ex

uino

uino, non solum transmutabitur in substantiam sanguinis Messiæ, sed etiam conuertetur in substantiam corporis eius. Verba autem illa: Et ad palmitem, ò fili mi, asinum suum, significant, quod diuinitas & Dei filius unie-tur asino, id est materiæ suę, quoniam Hamor id est asinus, materialis interpretatur. Quemadmodum etiam asinus fert onera & uestes uiatorum. Ita rex Messias delicta totius orbis super se portabit. Iuxta illud Esaiæ. LIII. dictum. Et Deus obuiare fecit in eo peccatum omnium nostrum. Et idem post pauca. Et in sanguine (inquit) uuæ pallium suum, id est diuinitatem suam. Quia sicut pallium totum hominem circumdat, Ita Deus totum replet mundum. Rubriores sunt oculi eius uino, & dentes eius lacte candidiores. Hoc est. In sacrificio quod fiet ex pane, non obstante quod album sit uelut lac, conuertetur substantia in substantiã corporis Messiæ, eritq; in ipso sacrificio substantia sanguinis Messiæ rubra, ut uinum. Erunt item in sacrificio uini sanguis & caro Messiæ, & eadem erunt in pane. Quoniam corpus Messiæ non potest diuidi. Gen. 49.

Præterea caro sine sanguine, & econuerso, sunt res mortuæ. Corpus uero Messiæ post resurrectionem, quia glorificatum erit, semper uiuet. Et hinc est dictum illud. Dauid rex Israel in sæculum uiuit. Oculi autem Ezec. 37.

& dentes, ideo dixit, ut uenustior fiat oratio, & sensus occultetur. Hæc (inquit Galatinus) ad uerbum Rabi ille Cahana, qui lõge ante Christi natiuitatem fuit.

Rabi Iudas.

Denicp de pane propositionis, Cur dicatur Panis facierum, rationem affert ex Rabi Iuda (quem itidem Christi natiuitatem præcessisse affirmat) In hæc uerba. Quia transmutabitur ex substantia panis, cum sacrificabitur, In substantiam corporis Messiæ, qui descendet de cœlis. Et ipse idem erit sacrificium. Ideo dicit, Respicietis ad offerendum mihi, offerri me. Eritcp inuisibilis & impalpabilis. Hæc & adhuc plura ueterum Rabinorum testimonia de sacrificio panis & uini recitauit Galatinus, antecp sciret illud à Lutheranis & alijs sectis nouis negari. Merito igitur maiores nostri & uel antiquissimi doctores Ecclesiæ atcp sancti patres, sacrificium & Sacramentum istud in tãta habuerunt ueneratione, ut nefas duxerint, mysterium eius in publicũ referre, Immo necp Catechuminos necp Energuminos necp etiam pœnitentes interesse sinebant, quando ea celebrabantur in altari mysteria, sicut testatur pijssimus simul & doctissimus Martyr & Pontifex Christi, Paulicp discipulus, Beatus Dionysius in Hierarchia Ecclesiastica, Qui & mox in prohemio illius libri sui sic exorsus est. Sacerdotij quidem nostri fũctionem, sanctissime fili

Exo. 25.

Quanta semper in Ecclesia fuit ueneratio huius sacramenti.

Hierarchia Eccl. c. 3

fili Timothee, augustioris esse ac diuinæ & diuinitus indultæ scientiæ actionisq; & perfectionis, ijs qui sacratioris doctrinę institutionē ex sacerdotalibus mysterijs traditionibusq; acceperunt, de sanctarum scripturarum Maiestate necessario demonstrare institui. Sed obserua diligentius, ne sancta sanctorum efferas, neu prophanis luminibus uiolanda permittas, uerum reuereberis magis, occultiq; Dei mysteria spiritualibus inuisibilibusq; notionibus honorabis, atq; intemerata seruabis, nequaq; ea passim rudibus tradens, sed sanctis solis sanctarū rerum intelligentias sacratius pandens. Hęc in præfatione.

Modus sacrificandi in primitiua Ecclesiis.

In ipso tractatu uero de synaxi locuturus, hanc præmittit Inuocationem. Sed ò diuinum (inquit) penitus sanctumq; mysterium, obducta tibi significantium operimenta signorum, dignanter aperiens, nobis palam atq; aperte lucesce, nostrosq; spirituales oculos singulari & aperto lucis tuæ fulgore imple, Et de sacrificio in eodem capitulo tractans, inter cætera sic ait. Tum uero etiam ad sacra mysteria in signis celebranda progreditur, idq; ex traditione diuina, Quocirca reuenter simul & ex pontificali officio post sacras diuinorum operum laudes, q; hostiam salutarem (quæ supra ipsum est) litet, se excusat, ad ipsum primo decenter exclamans, Tu dixisti. Hoc facite in meam cōmemorationē, Deinde tanto ministerio ad imitationē

Dei instituto, dignus fieri postulat, et similis ipsi Christo pro uiribus euadere, ut & sacramenta sancte conficiat, et caste distribuat. Hæc Dionysius ille Areopagita, ab Apostolo Paulo Athenis cõuersus & fidem Christi edoctus. Qui & Monachum quendam, nomine Demophilum, acerrime per bene prolixã epistolã increpauit, quod is erroneo zelo quendã peccatorẽ sacerdotis pedibus confitendo aduolutũ, calce abiecerat atque repulerat, ipsumque sacerdotẽ ob id cõuicijs lacerauerat. Deinde cõtra fas oẽ irruperat in adyta, & sancta sanctorũ prophanare, atque domum portare ausus fuerat, scripseratque de hoc ipsi Dionysio glorianter, quod sancta sanctorũ, cũ prophanãda essent, ipse summa cura seruauerit, atque illibata custodierit.

Mysteria sacrificij nõ uulgo propalanda.

Proinde S. Aug. in hoc. cix. psalmo, cũ exponeret hunc uersiculũ, Tu es sacerdos in æternũ secundũ ordinẽ Melchisedech, & probaret, nõ esse iã amplius sacerdotiũ secundũ ordinem Aaron, sed secũdũ ordinẽ Melchisedech, statim subiunxit. Fidelibus loquor, siquid nõ intelligũt Cathecumini, auferant pigritiã, festinẽt ad noticiã, Nõ ergo opus est, mysteria promere, scripturę uobis intimẽt, quid est sacerdotiũ, secũdũ ordinẽ Melchisedech. Sic & innocentius Papa, Augustino contemporaneus & amicus, ubi de ritu celebrationis missarũ cõsuleretur à Decẽtio, Episcopo Eugubino, inter cętera sic respõdit, Sępe dilectionẽ tuã ad urbẽ uenisse, ac

nobiscum

nobiscum in Ecclesia conuenisse nec dubium est, Et quē morem uel in consecrandis mysteriis, uel in cæteris agendis arcanis teneat, cognouisse. Quod sufficere arbitrarer ad informationem Ecclesiæ tuæ uel reformationē, si quod præcessores tui minus aliquid aut aliter tenuerint, satis certum haberem, Nisi de aliquibus consulendos nos esse dixisses. Quibus idcirco respondemus, non quod te aliqua ignorare credamus, sed ut maiori autoritate uel tuos instituas, uel siqui à Romanæ Ecclesiæ institutionibus errant, aut commoneas, aut iudicare non differas. Vt scire ualeamus, qui sint, qui aut nouitates inducunt, aut alterius Ecclesiæ quam Romanæ existimant consuetudinem esse seruandam. Pacem ergo asseris ante confecta mysteria quosdam populis imperare, uel sibi inter sacerdotes tradere. Cum post omnia (quæ aperire non debeo) pax sit necessario indicenda, per quam constet populum ad omnia quæ in mysteriis aguntur, atq; in ecclesia celebrantur, prębuisse consensum, ac finita esse pacis concludentes signaculo demonstrentur. Hęc ille. Ex quibus sane manifestū est, q̄ impia sit audacia nouitasq; sectarū nostri temporis, in quibus cōtemnitur Ecclesię sacerdotalis ordo, in cuius locū assumunt meri Laici, sutores quoq; et cerdones, quicūq; Luth. Germanicā trāslationē bibliorū legere didicerūt, ut tā ta huius scri mysteria in altari cōficiāt populoq; distribuant

Barbaries et Irreuerentia nouorū circa sacramentū & Missam.

distribuant, Ad infirmos uero non exportent sed corã ipsis in qualibet mẽsa prophana super panẽ & uinũ uerba consecrationis proferãt, & infirmo pro corpore & sanguine Christi porrigant, absq; omni honore & externo reuerẽtiæ ac pietatis cultu, haud secus atq; cani porrigit frustũ carnis aut panis. Tãtũ uero abest, ut hęc mysteria reuereantur uelut arcana & sacrosancta, ne in publicũ efferent (sicut monuit Timotheũ Dionysius) ut omnia potius in contrariũ uertant agãtq;, & quidẽ in Ro. Ecclesię despectũ, Quippe totũ Canonẽ Missę, tũ maiorẽ tũ minorẽ, pręter q̃ uerba cõsecrationis, prorsus omittũt & reijciunt, Verba autẽ cõsecrationis in Germanicũ trãslata, nõ solũ alta uoce proferũt in nouo suo cõsecrãdi ritu, uerũ etiã maioribus literis inserunt libris suis, ut patẽtius oculis Laicorũ incurrãt, & quod multo scelestius est magisq; impiũ, sacrũ Missę Canonẽ totũ uerterunt in Germanicũ, & calũniosissimis glossis & conuiciosis opprobrijs populo deridendũ abominãdũq; proposuerũt. Vnde talis est populus eorũ quales et sacerdotes eorũ existunt, Nõ est timor Dei ante oculos eorũ, sacerdotes cõsecrãt absq; cõsecrandi potestate, deridentes charactere sacerdotalis ordinis, plebs cõmunicat absq; peccatorũ specialiũ confessione, Quibus uerissime exprobrari q̃at illud ad Hebręos Apostoli, Rursum crucifigentes sibimet ipsis filiũ Dei & ostentui habentes, Nam & hostias

consecratas

consecratas alicubi in lutum proiecerunt pedibusq; conculcarunt, & ficti{c}ij sacerdotes eorũ residuum in calice consecrationis uinum in terram effundere apud infirmos, uel ad altaris crepidinem in Ecclesijs ei{c}cere non uerentur, si ipsis bibere non libeat. Nullam enim sacramenti speciem reseruant, omnia Ecclesiarum ciboria apud eos uacua sunt.

Tales itaq; fructus pariunt nouæ Bibliorũ translationes explanationesq; temporibus nostris. Neq; timent isti noui autores nouitatibus suis fidelium aures offendere. Quinimmo Lutherus optare non ueretur, ut omnia & singula uerba sua Papistis (ita uocat Catholicos & ueteris fidei Ecclesiæ professores) in uenenum aranei & aconitum uertantur & sint. Non possum igitur persuadere mihi, tam multa & horrenda Lutheri & complicum eius scelera Impunita perpetuo fore, sed uereor magis, totam Germaniam propter eos diuinæ ultioni obnoxiam fieri. Non omnes homines erant Gigantes & impij in Deum, quando decreuit Dominus diluuio genus humannm uniuersum, exceptis octo animabus, delere, quia multi erãt infantes et paruuli qui nesciebant inter bonum & malum distantiam. Nec omnes homines in Israel erant Idololatræ sub rege Achab, quia dixit Heliæ dominus. Reliqui mihi septem milia uirorum, qui non incuruauerunt genua sua ante Baal. Nihilominus perierunt in diluuio infantes

De scandalis gaudet Lutherus.

Exempla generalis uindictæ diuinæ. Gen. 6. Deut. 1. 3. Re. 19.

fantes quoq;, & in captiuitatem ex terra Israel abducti fuerunt nō solum Idololatræ, sed etiā iusti. Quales in tribu Neptalim erant Tobias, Raguel, Gabelus &c. Ita & nunc uniuersis Germanis timeo, ne Catholici simul cum hæreticis iræ & ultioni diuinæ corporaliter implicentur.

Gen. 18. Hoc em̄ diuinæ iustitiæ nihil derogat. Quamuis enim dixerit Abraham ad Dominum. Absit á te, ut rem hanc facias, & occidas iustum cū impio, fiatq; iustus sicut impius. Hoc tamen solum ad animas referendum est, non ad corpora. Quantum ad animas dictum est á Domino

Ezec. 18. per Ezechielem. Ecce omnes animæ meę sunt, ut anima patris, ita & anima filij mea est. Anima quæ peccauerit ipsa morietur, filius nō portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij &c. Quantum uero ad corporalem uindictam attinet, ait Dominus ad filios

Exod. 20 Israel in monte Synai. Ego sum Dominus deus tuus, fortis Zelotes, uisitans iniquitatem patrum in filios in Tertiam & Quartam generationem eorum qui oderunt me, sic sane uisitauit omnem domum Hieroboam regis qui pec-

3. Re. 14. & 15. care fecit Israel in duobus uitulis aureis. Cuius filium & omnem domum eius percussit Baasa & regnauit pro eo, sicut prædixerat dominus per Ahiam sylonitem prophetam, sic & domū

3. Re. 21. Achab uisitauit per Iehu regem Israel, sicut prędixerat ei per Heliam prophetam, dicens. Ecce ego inducam super te malum, & demetam posteriora

steriora tua,& interficiam de Achab mingen-
tem ad pariete͂,& clausum & ultimum in Israel.

Cum igitur per nouos ex hebræo translato-
res atq; expositores scripturæ sacræ nihil ad-
huc boni (quod equidem sciam) acceperit Ec-
clesia, mala uero quam plurima inde accipiat
& indies magis magisq; experiatur, & adhuc
grauiora imminere sibi uideat à iustissima Dei
aduersus tam multiplicem illorum inobædien
tiam atq; superbiā ira & ultione, optarim pro-
fecto, tam affectatum hebraicæ linguæ studiū
remitti potius ad Iudęorum synagogas quam
sic turbari per ipsum in antiqua lectione sacræ
scripturæ Ecclesiam Christi. Video enim sum
mos Theologos & Ecclesiæ Doctores, Cypria
num, Basilium, Ambrosium, Augustinum,
Gregorium, Leonem & id genus innumeros,
summa cū pietate & charitate, nec minori cum
fructu & ubertate spiritus, populiq; ædificatio
ne, sacras literas explanasse, quamquā hebrai-
cæ linguæ peritiam nō habebant. Quandoqui
dem August. aperte dixit ad Hieronym. Eam
linguam in Ecclesia esse inusitatā. Cōuerteban
tur aūt illorum temporibus multo plures tum
Gentilium populi ad fidem Christi tum Chri-
stiani in peccata lapsi ad pœnitentiam, quam
conuertuntur hodie per Rabinos nouos, qui
omnibus fere foliis librorum suorū hebraicas
admiscent uoces & literas, quas in opprobriū
& despectum summi Pontificis & Ro. Eccle-

Tam affectatū hebraicæ linguæ studium non prodest Ecclesiæ.

siæ, à

ſiæ, à Iudæis mutuantur, ut traditam hactenus Eccleſiæ Catholicæ doctrinam ſuis nouitatibus conturbent, & priſtinam Bibliorum lectionem in dubium reuocent & de falſitate ſuſpicionem pariant, atque etiam audacter in plæriſque locis redarguant, cõtemnentes Anathema, quod Apoſtolus in tales decreuit ac dixit, ſicut recitatum eſt ſupra in huius libelli proœmio.

Galat. 1.

Difficilimi libri à noſtris recte & copioſe declarati.

Scribit S. Hieronymus ſuper Ezechielem in præfatione, Iudæorum traditionem ſtatuere, ut niſi quis apud eos ætatem ſacerdotalis miniſterij, id eſt Triceſimum annum, impleuerit, nec principia Geneſeos, nec Canticum Canticorum, nec Ezechielis exordium & finem legere permittatur, ut ad perfectam ſcientiam & myſticos intellectus plenum humanæ naturæ tempus accedat. Nos autem uidemus, quanta cum pietate & ubertate ſententiarum, In Geneſeos principium ſcripſerint Hexameron Hilarius & Ambroſius Epiſcopi. In Canticũ Canticorum Bernardus Abbas. In principium & finem Ezechielis Gregorius Papa, abſque hebraicæ linguæ adminiculo & peritia, ſine Rabinorum conſilio & doctrina. Maluerunt enim ſpiritum ueritatis habere magiſtrum in Eccleſia Chriſti, quam ſpiritum falſitatis conſulere in ſynagogis Iudæorum.

Sic et alios ueteris Teſtamẽti libros pulcherrime ſimul & uberrime iuxta ſanam Eccleſiæ doctrinã explanauerunt Doctores noſtri abſque

uocum

uocum hebraicarum intermixtione; licet diffi-cillimi uiderentur. Quanta enim doctrinæ re-dundantissimæ ubertate Psalmos omnes po-pulo suo exposuit Augustinus? Quanta morū ædificatione librum Iob Gregorius? Quanta sententiarum luce eundem librum illustrauit S. Thomas Aquinas? Quanta eruditionis co-pia & uarietate ultimum prouerbiorum Ca-put de muliere forti declarauit Albertus Ma-gnus? In quem calumniosissime dixit Philip-pus Melanchthon, præcipuus Lutheri propu-gnator, qđ nulla mica salis in eo fuerit. Quan-ta deniq; dexteritate ingenij ex XII. prophe-tis minoribus Christi mysteria protulit nobis Rupertus Abbas olim Tuitiensis? Neq; tamē ullus eorum hebraicæ linguæ doctus apprime aut exquisite fuit, nec sat scio, an uel legere lite-ras hebraicas didicerint. Nolim quidem per hæc sanum & pium hebraicæ linguæ studium reprobare, cum sit illa prima & Originalis, Cui ueram Dei cognitionem & sacrarum literarū intelligentiā debemus & acceptam referimus. Sed nouorum detestor superbiam & insolen-tiam translatorum & expositorum, qui pluris faciunt huius linguæ cognitionem quam obe dientiæ disciplinam, quam Rom. Pontificum & sanctorū patrum doctrinam & autoritatē, quam Ecclesiæ pacem & unitatem, quam Dei & proximi charitatem. Cum tamen interim scientia sua uane inflati neq; concordent inter

Non hebraicæ linguæ peritia, sed nouorum insolentia repræhenditur.

sese,

sese, neq; perfectam illius linguae cognitionem habeāt, nihil aliud efficientes inani studio & labore suo, quam ut populos nostros in antiqua Ecclesiae fide conturbent, & Iudęis semet ipsos deridendos praebeant, dum se multa scire putāt quae Iudaeorum iudicio prorsus ignorant. Horum igitur peruersa studia, scandalosas nouationes, & maliciosos aduersus Catholicam Ecclesiam conatus, non ipsam hebraicae linguae peritiam, reprobo ac detestor, Deumq; precor, ut nos ab ijsce scandalis liberet, eisq; saniorem mentem & pacis studium efficaciter inspiret. Amen.

Appendix.

Noua aeditio Tigurina.

POst haec scripta uenit in manus meas nouum utriusq; Testamenti uolumen, mole magnum, & precio non exiguū, ęditum Tiguri, in eadem sane Typographiae officina, in qua prius ędita fuerat noua translatio Munsteri. Vtriusq; uero aeditionis grandiloquus praedicator est Henricus Bullingerus, uir doctus & disertus. Caeterum ij duo interpretes ex Hebręo in Latinum sacram scripturam uertentes, longe absunt ab eo spiritu, qui LXXII. Interpretibus, qui ex Hebraeo in Graecū transtulerunt, adfuisse dicitur. Illi enim LXXII. ita concorditer omnia transtulerunt, ut nō solum

eadem

eadem sententia sed eisdem etiam uerbis eodemque uerborum ordine, ab initio usque ad finem, usi fuerint, sicut supra ex Iustino Martyre. Irenęoque & Augustino memoratum est. At hi duo Interpretes noui, nusquam consentiunt magis inter sese quam in reprobis contra Ro. Ecclesiam opinionibus. In textu autem ueritatis & diuinæ scripturæ sæpissime uariãt & abinuicem discordant. Vnde lector facile cõijcere poterit, eorum opus non esse à spiritu ueritatis, is enim non est dissensionis Deus, sed facit multitudinis credentium cor unum & animam unam. Quæ uero potest lectoris esse utilitas, ædificatio aut certa rerum diuinarum cognitio in tanta sacri textus uariatione ac diuersitate literali, ubi Interpretes discordant non solum à textu nostro, uerum etiam à seipsis?

Discordantia inter Munsteri & Leonis Iudæ interpretationem.

Quid obsecro causæ est, quod posterior æditio, mox in primo primi libri capite, aliter quã prior habet in multis? Sic enim ait. Terra autem inculta erat & uacua, tenebræque supra abyssum, & spiritus Dei motabat supra aquas. Munsterus uero textui hebraico confirmior, sic habet. Terra autem erat informis & inanis, & tenebræ erant super faciem abyssi, et spũs dei mouebat se super faciem aquarum. Item, fiat firmamentum in medio aquarum. Posterior aũt æditio pro firmamento ponit Expansionẽ, ut noui aliqd afferat. Et pro arida ponit Cõtinentem, Congregentur (inqt) aquę sub cœlis unũ

in locum,

in locum, ut adpareat continens. Item, fiant luminaria in expansione cœlorum. Quasi uero rectius & elegātius hoc sit dictum, quam illud, quod nobiscum dicit Munsterus, fiant luminaria in firmamento cœli.

Crescite & multiplicamini

Item, fructum (inquit) ędite & augescite, & implete aquas in maribus. Nunquid uero melius ita exprimit hebraicum sensum quam facit Munsterus, qui ait, fructificate & augescite & implete aquas in fretis? Nonne autē utroque rectius habet textus noster antiquus. Crescite & multiplicamini & replete aquas maris? Magis enim latine ac proprie dicimus aquas maris quam aquas in maribus aut aquas in fretis. Et Multiplicamini longe certius respondet uerbo hebraico quam Augescite. Puer enim augescit, dum crescit in corpore, sed non multiplicatur sic. Multiplicatur aūt postquam generat alios, sicut uult hic textus multiplicari pisces in aquis, & aues super terram.

Creatio hominis.

Item de hominis creatione ambo nouis, contra Ecclesiæ consuetudinem, utuntur uerbis, ut fidelissimas sanctorum patrum expositiones et intelligentias in dubium reuocent. Non dicūt, ut nos, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, Sed sic ait Munsterus, faciemus hominem in imagine nostra secundum similitudinem nostram. Noua uero Tigurinorum æditio sic, faciemus hominem in imagine nostra, secundum simulacrum nostrum. Nun-

quid

quid uero nouatoribus istis (qui & inter sese & à nobis dissentiunt) plus aut potius credendum est quam Basilio magno & Ambrosio, qui tam pulchre ac pie de operibus sex Dierum, in quibus Deus omnia creauit, ædiderunt Hexameron? Isti autem ambo, Basilius inquã & Ambrosius, recitant hunc textum, sicut nos habemus. Similiter & Augustinus, cuius uerba ex septimo de Trinitate libro recitat Magister sententiarum. In genesi legitur (inquit) faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, faciamus, & nostram, pluraliter dixit. Et nisi ex relatiuis accipi non oportet, ut facere intelligantur pater & filius & spiritus si ad imaginem patris & filij & spiritus sancti, ut subsisteret homo imago Dei, sed quia non omnino ęqualis fiebat illa imago, tanquam non ab illo nata, sed ab eo creata, Ideo ita imago dicitur, quod & ad imaginem, quia nõ ęquatur parilitate, sed accedit quadam similitudine, filius aũt est imago, sed nõ ad imaginẽ, quia æqualis patri. Dictus est ergo homo ad imaginẽ, propter imparẽ similitudinem. Et ideo nostram, ut imago Trinitatis esse homo intelligatur, nõ Trinitati æqualis, sicut filius patri. Hæc Aug. Quibus & hæc Ambrosij adiungere operæ præcium fuerit. Vnusquisq; (inqt) diligentius attendat primæ eruditionis suæ excellentiam, & uenerandam in seipso sanctæ Trinitatis imaginem agnoscat, honoremq; similitudinis diuinæ, ad quem creatus est, nobilitate morum, exercitio uirtutum, dignitate meritorum

Magister sentent. lib. 2. dist. 16.

Ambros. de dignitate humanæ conditionis.

habere contendat. Vt quando appareat qualis sit tunc similis ei appareat, qui se mirabiliter ad similitudinem suam in primo Adam condidit, mirabiliusq; in secundo reformauit. Hæc Ambro. Multo autem plus ædificationis & utilitatis consequeretur lector ex huiusmodi sanctorũ patrum expositionibus super uniformẽ per totam Ecclesiam diuinæ scripturæ textũ, quam cõsequi potest ex tam diuersa translationũ uariatione, quã ingerunt & in orbem per Typographos dispergunt Hebrçoli isti noui, quorũ unusquisq; reputat sese cæteris doctiorem. Nisi em̃ sic reputaret, non attentaret nouam çdere translationem. Ideo. n. ædit, quia alijs meliorem reputat suã. Quod si secundum quoq; Geneseos capitulum perlegatur, uaria ibi reperietur diuersitas, præsertim circa Paradisum & Quatuor eius flumina. Tigurina enim æditio nouitatis nimium auida, cõtra hebraicũ quoq; textũ pluraliter de Paradiso loquitur, dicens. Et plantauit Dñs deus hortos delicatissimos ab Oriente, & collocauit illuc hominem quem finxerat. Item. Et fluuius egrediebatũ de delicijs ut irrigaret hortos, ut inde dilapsus fieret in Quatuor capita. Nomen unius Pison, is circuit totam terram Hauila. Nomen uero fluuij secundi Gihon, is circumit totã terram Kusch. Porro nomen Tertij fluuij Hidekel, is cursum suum agit ad orientalem plagam Assyriç. Et fluuius Quartus est Euphrates. Huic translationi conformior quidem est quam nostræ textus Munsteri, Dissidet tñ ab ipsa quoq;

quia

quia non hortos sed hortum dicit & pro Kusch Aethiopiam ponit. Cur aūt ipse quoq; Tertium fluuium Hidekel potius quam Tigrim uocitet, nescio. Nec uideo causam, cur Euphraten potius quam Tigrim expresserint ambo, Cum hebraice uterq; fluuius aliud habeat nomē. Ceteras eorum nouitates breuitatis gratia omitto. Quis ēm omnes breuiter cōmemorare quæat? Quantiscunq; uero laudibus uehatur & extollatur à Bullingero Leo Iudæ, qui posterioris æditionis præcipuus autor fuisse dicitur, Nequaquā tamē Munstero in hebraica lectione præferri iuste poterit. Quandoquidē multo plura ædidit Munsterus, in quibus eruditionis elucet specimē, quam ædidit Leo Iud. Cuius mihi nomen prorsus incognitum esset, nisi per Zuinglij & Erasmi Roterodami scripta quædam fuisset insinuatū. Arbitror autem Heluetijs probe notum esse, quam male audierit ab Erasmo Leo iste, quod dixerat. Erasmum eiusdem secum esse de Eucharistia sententiæ. A quo sane Leonis mendacio expurgauit se publica ad Heluetios in cōgregatione Badensi epistola Erasmus. Qui & in Epistola alia, quam ad Vultarium scripsit, multo prolixius commemorat pseudoEuangelicorum improbitates. Miror itaq; in hac Tigurinorum æditione tam largiter prædicari nomen & laudes Erasmi, cum nemo ex eruditis apud Heluetios nesciat, quam contrarius semper fuerit Erasmus nouis Tigurinorum in religione opinionibus. Quod si beatissimæ memoriæ est magnus ille

Leo Iud.

Erasmus Roterod.

Erasmus Roterodamus (ut habet in præfatio-
ne noua Tigurinorum æditio) infœlicissimæ
memoriæ sit Leo Iud oportet, quoniam fidei
& opinionibus eius maxime contrarius fuit il-
le ipse Erasmus: Si ergo Erasmus doctissime ac
fidelissime uertit (ut ea dicit præfatio) Testamē-
tum nouum, quid opus erat, rogo, nouam post
Erasmum noui testamenti uersionem à Tiguri-
nis euulgari? Nunquid melius quam doctissime
ac fidelissime uertere quisquā potest? Quid cau-
sæ igitur est, quod Tigurini in hac noua uersio-
ne sua maluerunt nobiscum dicere. In principio
erat uerbum, quam cum Erasmo. In principio
erat sermo? Contra uero. Cum Erasmus nobi-
scum de luce illa dicat, quod illuminet omnem
hominem uenientem in hunc mundū. Cur Ti-
gurini ueniens potius quam uenientē ibi dicūt?
Cur uero ambo, Erasmus inquam & Tigurini,
apponunt in latino textu (missus erat) Quod in
Græco textu non habetur? An ignorabant in
utroq; testamento seuere interdictum esse, ne ad
uerbum Dei addatur aut adimatur aliquid? Rur-
sus in eodem eiusdem Capituli Ioannis conte-
xtu uariant ab Erasmo Tigurini, dicentes. Et
uerbum illud caro factum est, Erasmus uero ait.
Et sermo ille caro factus est. Hæc obiter exem-
pli gratia recitata sint. Ex quibus lector intelli-
gat, longe securius agere eos, qui antiquitus rece
pto nitunt̃ textui, quā eos q̃ nouitatibus applau
dentes, uarietate translationū incerti ac uagi, cir
cunferuntur oī uento doctrinæ in neqtia hoim,
in astutia

Versio no. test. (margin)

Deut. 4. *Apoc. 22* (margin)

in astutia ad circumuentionem erroris, ut ait Apostolus. Addūt uero in suis translationibus Tigurini atq; etiam Munsterus plæraq; uerba, quasi in hebraico non habeantur, cū tamen sine ipsis non esset perfectus in litera sensus, Verbi gratia, In uno Hieremiæ Capitulo, quod ordine xxv. est, ambo interponunt quędam uerba, cū hisce signis. ( ) quasi non habeantur in hebraico sine quibus tamen nō esset literæ integer sensus. Munsteri textus sic habet. Dedan quoq; et Thema. Buz & omnes qui (habitant) in extremis plagis (mundi) Eundem uersum sic uertunt Tigurini. Dedan quoq; & Thema. Buz & omnibus qui extremos angulos (incolunt) Ecce includunt ambo quædā ad sensum necessaria uerba, isti incolunt, ille habitant, Quasi textus hebraicus adeo mancus sit in sensu literali. Nostra autem translatio antiqua eundem uersum sic habet. Et Dedan & Theman & Buz, & uniuersis qui attonsi sunt in comam. Per hos autem intelligunt Expositores nostri Agarenos qui & sarraceni dicuntur, Hismaelitis permixti. Item in eodem Hieremiæ Capitulo, Munsterus aliū uersum sic transtulit. Quia impleti sunt dies uestri, ut mactet (unus alterum) sed & dispersiones uestræ (aduenerūt) cadetisq; quasi uas preciosum. Super addit hic bis uerba ad sensum perfectum necessaria, primo unus alterum, deinde Aduenerunt. Nostra autem translatio, atq; etiam Tigurina, non loquuntur in Tertia persona singulari, sicut Munsterus, qui ait, Vt mactet. Sed in

Ephe. 4.

Additiones Munsteri & Tigurinorum.

plurali potius persona secunda, Nostra sic, ut interficiamini: Tigurina uero sic, ut mactemini.

Additio superuacanea. Mox autem simul supplemento superuacuo ipsa defœdat uersum continuo sequentem, Et peribit (inquit) fugæ (occasio) pastoribus & arietibus gregis euadendi, Vox clamoris pastorum (tum audietur) et ululatus arietum gregis. Fatetur tamen in annotatione marginali, In hebraico sic haberi. Peribit fuga à pastoribus, Mox autem iactanter addit, se Enallagen hanc mitigasse per uoculam (occasio) Quasi uero mitius aut elegantius dicatur, Peribit fugæ (occasio) pastoribus, quàm si dicatur. Peribit fuga à pastoribus, sicut loquitur non nostra modo antiqua, sed & Munsteri noua translatio. Quis autẽ antea sic transtulit per hiulcas & interruptas sententiarum suppletiones, sicut transferunt nouo more Munsterus & Tigurini? Nonne clarius breuiusq; dicitur. Peribit fuga à pastoribus, quàm, Peribit fugę (occasio) pastoribus? hæc enim friuola additio (occasio) neq; in hebræo habetur, neq; necessaria est, cũ facilius breuiusq; dicatur, fuga quàm fugæ occasio. Ex his igitur paucis facile intelliget lector, hanc Tigurinorum translationem nouam, magis esse curiosam quàm necessariã. Atqui dicunt, liberam esse unicuiq; uersionem diuinæ scripturæ. Esto sit libera priuatim & domi unicuiq; pro studio suo, sed per eam in publicum euulgatam distrahere auditores à translatione usitata & recepta, & de antiqua Ecclesię lectione dubium aut scrupulosum reddere lectorẽ

& su

& ſupecta nouitate populum Dei conturbare. Id profecto neq; per legem neq; per Euangeliũ neq; per Paulum conceſſum aut liberum eſſe ui detur. Lex namq; reprobat eum, qui arrogantia deprauatus uult loqui in nomine Domini quæ Dominus non præcepit, Et prohibet tranſgredi terminos antiquos. Euangelium iubet audire Eccleſiam & à ſcandalis cauere, Paulus optat abſcindi eos qui nos conturbant. Auguſtinus deniq; ſic ait ad Ianuarium. Ipſa quippe mutatio conſuetudinis, etiam quæ adiuuat utilitate, nouitate perturbat. Et relatum eſt ſupra ex eodem Aug. in quadam ad S. Hiero. epiſtolam, q̃ grauiter turbatus fuerit populus quidam in concione, propter unum uerbum, quod aliter traſtulerat Hiero. q̃ habebant lxxij. Interpretes. Quantum igitur turbationis parere poteſt tam multiplex translationis uarietas, ubi non unum aut alterum uerbum, ſed plus milies antiqua mutantur uerba, & per noua uerba ſentẽtię quoq; nõ raro mutantur? Timẽda eſt utiq; hęc Pauli ſentẽtia. Qui autẽ cõturbat uos, portabit iudiciũ, quicũq; eſt ille. Mallẽ igit recte antiquũ exponi textum, q̃ nouo textu ſuſpectum de ueritate reddi antiquum. Bonam interim intentionem cuiuslibet, qui alijs prodeſſe cupit, ę qui boniq; facio, ac laudo etiam, ſi non ſit hæretico infecta ueneno. Certe Lutherus ipſe, qui præcipuus eſt omniũ harum conturbationum autor, haud ita pridem publice confeſſus eſt (ut dictum eſt ſupra) Teuthonice, in quodam aduerſus Iudæos libello, ne q; à ſeſe

Deut. 18. Prou. 22. Gal. 5. Aug. epiſtola. 118 Gal. 5.

ꝗ à ſeſe neꝗ à Munſtero neꝗ à Sancte aut alijs id genus nouis Interpretibus uetus Teſtamentum recte per omnia interpretatũ eſſe. Econtra uero Pellicanus (in Hebraicis Luthero lõge doctior) confeſſus eſt itidem publice, ab antiquo Interprete ſacras literas tanta dexteritate eruditioneꝗ & fide ex hebraico translatas eſſe, ut ſibi ipſi perſuadeat eum interpretem non ſolum eruditiſſimum, pariterꝗ pijſſimum, uerum etiam prophetali ſpiritu prędítum fuiſſe. Igitur tutiſſimum fuerit, reiectis nouitatibus iuxta antiquã translationem ſacras literas legere, audire intelligere & exponere, firma cum fide ſuper textu antiquitus ab Eccleſia recepto, & à ſanctis patribus pio ſenſu fœliciter expoſito, atꝗ ad populi ædificationem accomodato.

FINIS.